



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



C423.5.10



Harvard College Library

BOUGHT WITH INCOME

FROM THE BEQUEST OF

HENRY LILLIE PIERCE,

OF BOSTON.

Under a vote of the President and Fellows,
October 24, 1898.





Fototipo de Hauser y Menet. Madrid

VERA S. IGNATII DE LOYOLA IMAGO

AB ALPHONSO RANCHEZ COELLO MATRITI ANNO 1585 DEPICTA

(Vide *Monum. Ignat.*, ser. IV, t. I, pagg. 758-767)

0

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU



A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS EDITA

MONUMENTA IGNATIANA

②

MONUMENTA IGNATIANA

EX AUTOGRAPHIS VEL EX ANTIQUIORIBUS EXEMPLIS
COLLECTA

SERIES QUARTA

SCRIPTA

DE SANCTO IGNATIO DE LOYOLA

SOCIETATIS JESU FUNDATORE

TOMUS PRIMUS



MATRITI

TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO
via S. Bernardi, 92.

1904



MONUMENTA IGNATIANA

EX AUTOGRAPHIS VEL EX ANTIQUIORIBUS EXEMPLIS
COLLECTA

SERIES QUARTA

SCRIPTA

DE SANCTO IGNATIO DE LOYOLA

SOCIETATIS JESU FUNDATORE

TOMUS PRIMUS




MATRITI

TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO
via S. Bernardi, 92.

1904

C 423.5.10
~~WE. 93. 3. 4~~



CUM APPROBATIONE SUPERIORUM

PRAEFATIO

Volventibus animo prisca antiquorum Patrum Societatis Jesu monumenta, eorum nempe, qui ad eam recens conditam accesserunt familiariterque ejusdem institutore Ignatio usi sunt, dubium esse non potest quin in primis magnum illud ac prorsus incredibile, quo illi omnes tenebantur, studium obversetur, sciendi quae ad Ignatii vitam, postquam is ad bonam frugem se recepisset, spectabant. Nam eos instantibus precibus diuque iteratis illum quodammodo coëgisce accepimus, ut suorum actorum cursum memoriae proderet, et ea potissimum, quae Deus Opt. Max. cum ipso egisset, quaeque socios, tum qui jam Societati adhaeserant, tum qui in posterum eidem copularentur, in suscepta aut ineunda vivendi ratione ad majorem Dei gloriam confirmarent.

Neque vero cum ea vellent cognoscere, curiositate vana ducebantur. Non enim perinde ac nos, qui Ignatium summis ab ecclesia honoribus cumulatam colimus, illi primi socii sodalitates nostrae auctorem, in vivis agentem, venerabantur. Nos equidem, nati post tria ab Ignatio saecula, non modo illius sanctitatem verissimis testimoniis declaratam agnoscimus, sed etiam Societatem ab illo institutam oraculis pontificum, temporis diuturnitate, fructibus uberrimis ubique terrarum approbatam laeti conspiciamus: illi vero, quamquam Ignatium divinissimum esse hominem et noverant et fatebantur, quia tamen opus moliebatur religiosumque ordinem instituebat a caeteris, tum exstantibus, in multis valde diversum, cujus exemplar ac totius instituti designationem nusquam ille quidem apud alios religiosarum familiarum conditores viderat legeratve, operae pretium esse et e re fore ducebant se edoceri rationem et modum, quibus Deus Ignatium a terrenorum armorum strepitu ad caelestem militiam convertisset, con-

versumque ad nova praelia contra assurgentes haereticorum cuneos feliciter conserenda informasset. Etenim probe sciebant Ignatium, quemadmodum de caeteris sacrorum ordinum institutoribus memoriae proditum est, non humana tantum prudentia aut viribus nudae infirmaeque naturae, sed instinctu divino caelestique praesidio ac magisterio ad suam condendam Societatem adductum impulsumque fuisse.

Jam, ea omnia pernoscere, quae opportuna erant ut quisque sodalium penitus sciret quibus fundamentis ipsum Societatis aedificium inniteretur; quae nempe Deus Ignatium docuisset, ut is vicissim discipulos suos edoceret, quae momenta habuisset a Deo proposita ut, exempli causa, sacrosanctum Jesu nomen Societati suae imponeret; ut communem in victu ac vestitu cum honestis clericis rationem tenendam censeret; cur a decantandis in templo horariis precibus (quamquam et ipse cantu sacro delectabatur mirifice) abstineret; praeterea, quibus virtutum luminibus collustraretur, ut fidelius vestigia illius premerent, quem caelestis doctrinae magistrum ac ducem a Deo sibi constitutum, acceperant; haec, inquam, et alia hujusmodi cognoscere, maxime sodalium omnium intererat, ut in praesens ac futurum tempus eorum animi in proposito sibi vitae genere atque instituto magis magisque stabiliarentur.

Atque id sane quidem primi Societatis alumni intendebant, cum ab Ignatio vitae suae arcana extorquere niterentur, quemadmodum P. Hieronymus Natalis, unus qui maxime id efflagitasse visus est, significavit, cum Roma discedens Consalvio injunxit ut Ignatium urgeret, essetque illi in hac re importunus, propterea quod «hoc esset vere fundare Societatem¹». Quare mirari nemo debet quod sodales nostri vim quodammodo Ignatio intulerint ut cursum vitae suae ad communem omnium utilitatem exponeret, quod, re quidem prius Deo commendata, salvaque christiana humilitate, ille tandem aliquando praestitit.

Age vero, qui Ignatium, ut sua dictaret, omni nisu ac ratione impulerant, iidem certe quae, ad Ignatium vel Societatem

¹ «que esto era fundar verdaderamente la Compañía». CONSALVIUS, *Acta P. Ignatii...*, n. 4.

spectantia, scirent, tacere minime debebant. Et sane non tacuerunt. Nam ut quisque amore in Ignatium ac nascentem Societatem ferebatur, rerumque notitiam hauserat, quae sciebat, omnia, vel ad privatum sui ipsius usum, vel ut petentibus faceret satis, diligenter in papyraceos codices referenda esse existimavit. Hinc multa, a viris praecipue magnae auctoritatis, de rebus ignatianis ac de ortu Societatis Jesu, memoriae juvandae causa, litteris consignata sunt.

Atque inde originem duxere plurima opuscula, quae jam typis edere aggredimur, quaeque nostrorum de Sto. Ignatio monumentorum SERIEM QUARTAM coagmentabunt. Cum enim aliae series ipsa Sti. Ignatii scripta, puta Epistolas et Instructiones, Exercitia spiritualia, Lumina ac documenta varia exhibeant; haec quarta series non Ignatii scripta, sed aliorum de Sto. Ignatio monumenta continebit.

Completetur enim tum quae Consalvius de Camara circa Ignatium scripsit, tum etiam aliorum sodalium de Ignatii dictis et factis historicas annotationes aut commentaria.

Praeterea, his acta in iudicio adjiciemus, sive Processus, ut vocant, tum pro Ignatio, tum contra ipsum diversis temporibus ac locis institutos.

Denique monumenta varia, ad Ignatium quomodocumque spectantia, prout opportunitas feret, extremo loco sequentur.

Nunc de praecipuis hujusce voluminis monumentis, nam de omnibus agere singillatim nimis longum esset, aliquid est dicendum.

1. *Acta P. Ignatii ut primum [ea] scripsit P. Ludouicus Gonzales, excipiens ex ore ipsius Patris.*

His actis primum locum damus, utpote ex ipsius Ignatii ore a Consalvio exceptis. Porro monumento hoc, sive antiquissima omnium Sti. Parentis vita, usi sunt scriptores, majorem prae caeteris nacti auctoritatem, ut Ribadeneira, qui in praefatione, ignatianae vitae praefixa, fratres Societatis Jesu in hunc modum alloquitur: «Deinde ea dicemus» inquit, «quae assidua multorum annorum flagitatione victus, et omnium fere patrum contentione, ipsemet Pater de vita a se ante acta P. Ludovico Gonzali ape-

ruit: idque eo anno, qui ejus mortem antecessit, meditato, magnoque consilio fecit... Quae ille accurate diligenterque ex Ignatii ore excepit, et totidem ferme verbis perscripsit. Eaque omnia, quemadmodum tunc quidem scripta sunt, apud me habeo¹.» Haec Ribadeneira.

Historiam hujus opusculi Pater Pinius contexit, ex iis potissimum, quae Natalis et ipse Consalvius praefati sunt²; idemque causas exponit, quibus adductus est ut consalvianam Ignatii vitam, antea in tenebris delitescentem, latinam a Codretto factam, in lucem proferret.

Nobis vero, quibus contigit antiquissimum, quamvis apographum, exemplar reperire, illud quale exaratum est, partim hispanice partim italice, prelo subjicimus. Etenim Consalvius, prout amanuenses sive librarios nanciscebatur, eo dictabat idiomate, quod illi callerent.

Caeterum de tempore ac ratione scriptionis superfluum est plura adjicere, cum, quae studiosus lector desiderare posset, ea auctor ipse abunde narret. Ex quibus etiam aestimari potest quo pretio hocce opusculum habendum sit. Sive enim scriptoris veracitatem, sive ejusdem curam ac diligentiam in scribendo spectes, procul dubio magni ponderis atque auctoritatis esse hoc monumentum fateberis, ita ut proxime illud accedere videatur ad autobiographiam Ignatianam, etiamsi (fatendum est enim) ab Ignatio ea nec exarata nec recognita fuerit. Quod si utrumque alterumve Ignatius praestitisset, majorem certe auctoritatem haberet.

Quae idcirco placuit animadvertere, ut prudens lector statuere valeat quid magis sibi probandum videatur, si quando a Consalvio aliquid fortasse dictum occurrat, quod non omnino cum verbis aliorum conveniat, qui ex eodem Ignatio aut ex monumentis illorum temporum rem etiam exceperunt. Cujus rei exemplum suppeditabunt censurae quaedam a Patribus Araozio, Canisio aliisque scriptae de *Vita Ignatii*, quam edidit Ribadeneira, rur-

¹ *Vita Ignatii Loiolae*. Praefatio ad Fratres Societatis Jesu.

² *Acta Sanctorum*, 31 Julii. De S. Ignatio Loyola... Commentarius praevious, § XCI.

susque hujusce auctoris animadversiones in librum Joannis Petri Maffei de eodem argumento, quae scripta infra reperientur.

2. Alterum Patris Consalvii opus est *Diarium* sive *Memoriale*, quod inscribitur: *Algumas cousas que o P. Luis Glz. notou na vida de nosso P. Ignacio*.

Scriptoris scopus in opere conficiendo, tempus ac ratio scriptionis ab eodem Consalvio declarantur in praefatione *Diario* sive *Memoriali* praefixa ⁴; quod quidem *Diarium*, si historice spectetur, quatenus nempe ad agnoscenda Ignatii facta referatur, mirum est quantum valeat quantoque in pretio habendum sit.

Novit id maxime P. Ribadeneira, qui illo ad adornandam Ignatii historiam usus est; noverunt Maffejus, Bartolus alique historici, et, ut ascetas reliquos praetereamus, novit P. Carolus Linekus in suo opere: *Imago absolutissimae virtutis veraeque sanctimoniae verbis et exemplis S. P. Ignatii expressa, lucique publicae atque imitationi proposita*, quem auctorem saepe in Commentario praevio ad vitam S. Ignatii *Acta Sanctorum* laudant ⁵, ab eoque fragmenta aliqua mutantur. Non pauca etiam in vitam Ludovici Consalvii inseruit P. Antonius Francus ⁶.

Illis vero potissimum inserviet *Memoriale*, qui, in ignatiana palaestra intra domesticos parietes vitam ducentes, scrutari volent quid in occurrentibus quotidie rebus Ignatius sentiret ageretque, qualis esset ipsius cum sociis et contubernalibus agendi ratio, et ex ungue, ut ajunt, leonem agnoscere delectantur. Hi quidem, praeter ea, quae laudati scriptores ex consalviana ephemeride usurpaverunt, plurima invenient, quae in historias commode conjici non potuere, et invenient non fucato aut rhetorico stilo, sed simplicissime ac nude omnino, utpote notas, quae in adversaria, memoriam juvandi gratia, sine ordine, ipso plerumque, quo accidebant die, referebantur, ut postea uberius explarentur.

⁴ Adductus etiam sine dubio fuit ad scribendum mandato Joannis III, qui, ut Ribadeneira narrat, *Vita...* lib. IV, cap. 17, Consalvio in Urbem proficiscenti injunxit «vt omnia Ignatii dicta, factaque curiose obseruet, et ad se diligenter perscribat».

⁵ Loc. cit., § LX.

⁶ *Imagem da virtude em o noviciado... de Coimbra*, t. I, pags. 21 58.

Et quaedam, ad externos etiam spectantia, ibi continentur; sed pauca omnino: maximam enim partem res ac personae domesticae sibi vindicant, eaque praesertim indicantur, quae ad instituendos Societatis homines, ejusdemque institutum in rebus minimis declarandum, dicebat faciebatque Ignatius. Quare ad hujus animi sinceram imaginem nativis coloribus exprimendam, nescio an aliquid melius in scriptis habeamus.

Attamen fatendum est consalvianum *Memoriale* eadem, qua scriptum est, mente, eodem etiam erga Ignatium animo legi oportere. Multa enim ibi dicuntur, quae, si in sinistram velis partem accipere, ac non eo, quo gesta sunt, fine considerare, fortasse admirationem excitabunt et carpendi ansam praebebunt: quaedam etiam inter se pugnantia aut absona videbuntur, non certe quia ita sint, sed quia alieno animo et neglecto scopo, qui intentus est, legentur. Nam, ut jam animadverterat Ribadeneira: «Multa» Ignatius «instituebat, quorum consilia (quod occulta essent) aut rationi parum consentanea nonnullis, aut admirabilia certe videbantur: sed tamen eorum exitus, exquisitum spiritum, reconditamque prudentiam declarabant Ignatii: qui ante languorem adhibuisset medicinam, cuique futura tam solerter praeuisa fuissent, et praecauta ¹».

Nec minus id prae oculis habendum est, cum in usitatam ab Ignatio artem ad curandos animi morbos aciem mentis intendimus. Etenim, ut idem Ribadeneira memoriae prodidit: «Sanandis morbis, qui iidem videbantur omnino, diuersas, interdum etiam aduersas, et contrarias adhibebat medicinas. Nam alium blande curabat, ac suauiter, dure alium, et seuerè: exitus tamen ostendebat, semper eam curationem fuisse cuique adhibitam, quae optima cuique esset, et accommodatissima. Atque hujus excellentis, diuinaeque prudentiae ratio non vna erat, neque simplex, sed multiplex, et varia ²».

Atque haec varietas non modo in animorum morbis tractandis, sed in quotidiano etiam usu et commercio cum suis sociis et alumnis cernebatur. Durus quibusdam in agendo severusque ni-

¹ *Vita Ignatii Loiolae*, lib. V, cap. 11.

² *Op. cit.*, lib. V, cap. 10.

mis visus est Ignatius, sed illis est visus, qui, speciem tantum rerum ac quasi primam frontem leviter aspicientes, nec rationes, quibus ille ducebatur, perscrutati sunt, nec homines, quibuscum sic agebat, cognoverunt. Nemo, ut Ignatius, rerum adjuncta considerabat; nemo illo exactius vires tam animi quam corporis suorum subditorum perpendebat, ne onus illis imponeret, cui ferendo impares essent: at nihilominus, etiamsi omnia circumspiceret et in benignitatem potius quam in severitatem inclinaret, cum quibusdam tamen lectissimis viris, Lainio, Natali, Polanco aliisque similibus, quibus multum fidebat, acerrime ac severe se gerere videbatur ⁹. Quam agendi rationem improbabat certe nemo, qui tum auctoritatem Ignatii, quem omnes sui filii, ut Societatis caput divinisque cumulatum muneribus, quasi numen aliquod in terris, suspiciebant, tum etiam raram virtutem praecellentemque animi demissionem illorum virorum, quos Ignatius adeo facile in omnem partem versabat, attento animo consideraverit.

Quae omnia, ut supra diximus, nusquam, quod sciamus, melius planiusque quam in his commentariis cognosci possunt.

Quae cum ita sint, facile lector benevolus Consalvio condonabit, si quando hic accuratum rerum ordinem neglexerit, saepius inculcaverit eadem, sensum imperfectum nonnumquam reliquerit, alia fortasse magni momenti, labente memoria, praetermiserit, ac, ut sunt diversa hominum ingenia et unusquisque judicat prout afficitur, suo iudicio adductus, ea aliquando consecutus est uberiusque amplificavit, quae magis ejus animum feriebant aut propriae indoli melius accomodabantur. Nam praeterquam quod malum hoc, si forsitan in Consalvium cadit, malum est quod secum naturae humanae conditio perpetuo fert, id irrepere dumtaxat poterit in commentaria et iudicia uni Consalvio tribuenda, quae extrema ipsius aetate, septemdecim post annos ab

⁹ «N. P. suele muchas vezes llevar los súbditos por esta vía, es á saber, loándoles lo que tienen bueno y alagándoles; y es una cosa estraña la circunspección que tiene en tratar qualquiera persona que sea, sy no es vn Nadal y á un Polanco, que á estos trata sin ningún respecto, antes duriter y con rigurosos capellos.» CONSALVIUS DE CAMARA, *Memoriale*, n. 18.

ejus in Portugalliam adventu, exarata sunt ¹⁰, minime vero in facta ipsa aut dicta sancti Ignatii, quae summa fide Consalvius in adversaria, ferme eodem quo accidebant tempore, referebat.

3. Epistola Patris Lainii.

Celebris est, ad ignatianam vitam illustrandam quod attinet, epistola Patris Jacobi Lainii, Bononia 16 Junii 1547 data. De qua epistola jam olim quaesitum est, an Patri Salmeroni, vel potius Patri Polanco, scripta fuerit; propterea quod in quibusdam exemplaribus inscriptio hujusmodi apponitur: *Copia de una carta del Rdo. P. M. Laynez al Rdo. P. M. Salmerón*. At vero ab aliis, recte quidem, dicitur exarata a Patre Salmerone, Lainio dictante, atque ab utroque Bononia Patri Polanco missa. Ac sane, epistolam Salmeroni missam non fuisse, ex iis, quae ad calcem ipsius continentur, colligi satis videtur: missam autem Patri Polanco fuisse, a Lainio, Salmeronis opera uso, cum ex aliis, tum ex testimonio Patris Ribadeneirae, infra suo loco a nobis producendo, perspicue constat. Ex quo apparet etiam, magnae hoc monumentum esse auctoritatis, utpote a prudentissimis viris, Ignatio familiaribus, conscriptum, atque eo tempore conscriptum, anno scilicet 1547, cum factorum, quae narrabantur, memoria adhuc vigeret, immo recens de quibusdam habebatur, quorum et ipsi testes auriculares aut oculati fuerant.

Porro Lainii epistola, quam prae manibus habemus, vitam Ignatii ab hujus ad Deum conversione complectitur usque ad annum 1547, quo scripta est, atque ea potissimum attingit, quae illustrandae institutioni Societatis inservire possunt. Eam in eundem scopum collineare diceres, quem Acta antiquissima consalviana respiciunt, ac perinde atque haec historicis, qui res gestas Ignatii complexi sunt, magno usu fuisse. Testatur id laudatus Ribadeneira in prologo editae a se Ignatii vitae: «Postremo ea etiam narrabimus, quae a R. P. Jacobo Layne, Societatis nostrae Praeposito Generali, vel sermone vel scripto accepimus:

¹⁰ Appulit Consalvius in Portugalliam ineunte anno 1556, cum Roma cessisset 23 Octobris 1555; anno 1573 haec commentaria scripsit; obiit vero Olisipone 15 Martii 1575, annum agens vitae suae LVII. Cf. FRANCUS, op. cit., pag. 47.

qui, propter arctissimam conjunctionem et summam cum Ignatio societatem, in perferendis pro Christo et ejus Ecclesia immensis prope laboribus, ipsis illis primis initiis, cum esset tempore ex sociis fere primus ex decem, amore omnium carissimus filius, multa vidit, multa notavit, eaque in quotidiano sermone optanti mihi saepe narravit».

4. Patris Petri Ribadeneirae *De actis P. N. Ignatii commentarius*.

Hoc aliud est de Ignatii dictis ac factis opusculum, cujus descriptionem suo loco exhibebimus.

Illius mentionem fecit Joannes Pinius¹¹; in lucem vero non edidit, fortasse quia vix in hisce Ribadeneirae actis quidquam novi reperit, quod hic auctor in Ignatii *Vita*, a se paulo post novis ac diligentioribus curis conscripta, non adhibuerit. Nobis vero, qui alium a Bollandianis scopum praefixum habemus, prelo subijcienda Ribadeneirae acta videntur, tum quia in his ea etiam inveniuntur, quae auctor pro rerum ac temporum adjunctis in *Vitam* referre non est ausus, tum vel maxime quia fontes hic demonstrantur, unde ipse aut Pater Natalis notitias hausit.

Hoc enim codice Pater Natalis saepissime usus est, et illum nocturna diurnaue manu versavit: plura aut cancellavit aut correxerit; non certe quia falsa aut minus probanda ea esse censeret, sed quia ad finem sibi praestitutum conferre non judicavit. Equidem suspicamur Natalem, cum dialogos quosdam aut vitam sancti Parentis quomodocumque conscribere aggressus esset, hisce Ribadeneirae commentariis usum fuisse. Itaque in omnibus fere verborum comprehensionibus ea, quae de se ipso in prima persona scripsit Ribadeneira, Natalis emendavit. Ea porro nos integra, et ut a suo auctore scripta primum fuere, edimus, annotatis nihilominus suo loco Natalis animadversionibus, aliisque varietatibus ab eo in acta Ribadeneirae inductis.

5. Alia praeterea in hoc volumine continentur opuscula, quae Sti. Ignatii facta et dicta referunt, de quibus non est cur singillatim agamus, cum eorum accuratam et distinctam seriem

¹¹ *Acta Sanctorum*, loc. cit. Comm. praev., n. 689.

codices, statim describendi, et indices totius voluminis exhibebunt. Illud universe dicendum est, nos, cum viderimus haud semel, quae ab uno dicta essent ab aliis etiam dici, pluraque facta a multis iisdem ferme verbis narrari, dubitavisse aliquantum quid factu opus esset, utrum expediret ea omnino silentio praetermitti, aut resecari jam edita, et nova dumtaxat, quae nondum evulgata fuissent, publici juris fieri. Verum illud statim obversabatur animo, si quid hujusmodi faceremus, multorum nos vota defraudaturos, eorum nimirum, qui integra, perinde ac scripta sunt, monumenta requirunt, non mutila, non decurtata, non corrupta quodammodo a nobisque confecta. Adde quod homines tunc fidem soleant habere monumentis, quando ea, prout exstant, praebentur; detrahant autem, cum ab editore resecantur: adde lectorum molestiam, qui ab uno codice ad alium adire debeant, ubi res pressius aut uberius explicetur; postremo, quod caput est, adde multorum suspicionem ne ab editore omissum fuerit, quod ipsi se aliquando legisse existimant, et in locis, qui fortasse exhibentur, non repperint. Quae omnia incommoda aliaque hujusmodi prorsus omnino vitantur exiguo impendio ac sumptu ex accessione aliquot pagellarum. Igitur, quoniam semel haec opuscula mittuntur in lucem, integra edantur, ne quid a nostris lectoribus jure desiderari queat.

Atque de iis scriptis dictum est satis.

6. Ea porro scripta excipiunt Processus, ut dicunt, sive acta in iudicio et causarum instrumenta, tum contra Ignatium tum pro ipso variis in locis confecta.

Primum hujusmodi instrumentum ordine temporis est actio in ipsum Ignatium anno 1515 instituta, quod quidem instrumentum, ut infra paulo post dicitur, in nostris archivis asservatur. Non est integer processus, sed pars dumtaxat et quasi illius prooemium, bullas Alexandri VI pontificis praecipue continens, quibus provisum erat immunitatis ecclesiasticae juribus frui non posse clericos, qui tonsuram et clericorum habitum stato tempore non gestaverint. Porro Alexandri bullae propterea in acta haec judicialia inserebantur, quia, cum Ignatius ordini clericorum adscriptus esset, privilegio fori uti volebat; id quod a gui-

puzcoano regii juris praefecto, exhibitis apostolicis litteris, negabatur, ideoque ad suum tribunal Ignatium, qui Pampelonem confugerat, revocabat.

Caeterum quae crimina Ignatio objicerentur aut quisnam fuerit hujusce causae exitus, ignoramus: quae enim lucem afferre possent desiderantur.

Pampelonensi judicio multo notiores sunt processus complutenses, quorum fama longe lateque pervagata est, quorum omnes ignatianae vitae scriptores mentionem faciunt. Nemo tamen illa acta in lucem protulerat ante dominum Serrano et Sanz, qui ex apographo non optimo edidit ¹², et Patrem Fita, qui accuratius integra illa instrumenta publici juris fecit annotationibusque illustravit ¹³. Eadem nos, maxima qua poterimus diligentia, edenda suscipimus, facta codicum melioris notae accurata collatione. Porro haec acta judicialia, et quidem integra, magni ducenda esse ab Ignatii studiosis pro comperto habemus, eaque diu efflagitari; quare nihil est cur in eorum commendationem plura dicamus.

His, in Hispania confectis, alia annectimus instrumenta, Vennetiis et Romae condita, sententiasque judicum, quibus Ignatii ac sociorum ejus innocentia vindicatur. Porro de causis, contra Ignatium, post ipsius ad Christum conversionem institutis, mentionem idem facit litteris 15 Martii 1545 ad Joannem III, Lusitaniae regem, datis ¹⁴.

Denique, ut monumentorum hujus voluminis enumerationem absolvamus, ad extremam illius partem rejicimus varia, eademque breviora, ad Ignatium spectantia, monumenta, quae illius vitam, partim ante Societatis institutionem, partim post conditam Societatem, respiciunt: quaedam etiam ad ipsum, sed post ejusdem obitum, referenda sunt. Horum catalogum hic attexere su-

¹² *San Ignacio de Loyola en Alcalá de Henares*. Estudio histórico por M. SERRANO Y SANZ. Madrid, 1895.

¹³ FITA, *Los tres procesos de San Ignacio de Loyola en Alcalá de Henares*. Estudio crítico.—*Boletín de la Real Academia de la Historia*, t. XXXIII, pags. 422-461. Madrid, 1898.

¹⁴ *Sancti Ignatii... epistolae*, I, 296-297.

pervacaneum judicamus, cum illorum numerum index, ad calcem operis collocandus, accurate ac distincte daturus sit.

Caeterum de ratione in iis edendis servanda, nihil est cur hic dicamus, cum abunde in superioribus voluminibus dictum fuerit, nec ab ea in hac serie nobis recedendum sit.

Atque haec de toto volumine in ipsius vestibulo summatim dicere habebamus.

NOTITIA CODICUM

EX QUIBUS DOCUMENTA IN HOC OPERE EDITA DEPROMUNTUR

Videantur 7 annotationes, quae habentur in prima serie monumentorum S. Ignatii, *Epistolae et Instructiones*, t. I, pag. 27.

EX CODICIBUS VOLUMINIS I

PRIMAE SERIEI MONUMENTORUM S. IGNATII, SEQUENTES USURPATI SUNT

- Codex 1. — *Regest. I.* Descriptus in pags. 28–30.
Codex 4. — *Epist. Polanci.* Descriptus in pag. 33.
Codex 6. — *Cod. Rom. II.* Descriptus in pags. 33 et 34.
Codex 7. — *Cod. Rom. III.* Descriptus in pag. 34.
Codex 10. — *Litt. patent.* Descriptus in pag. 35.
Codex 17. — *Parvus cod. apogr.* Descriptus in pag. 38.
Codex 19. — *Cod. Recuerdos.* Descriptus in pag. 39.
Codex 21. — *Epistolae mixtae.* Descriptus in pag. 40.
Codex 28. — *Notitiae... S. Ignat.* Descriptus in pag. 42.
Codex 46. — *Var. Histor. I.* Descriptus in pag. 48.
Codex 51. — *Cod. Domenici.* Descriptus in pag. 51.
Codex 56. — *Cod. Vatic. I.* Descriptus in pag. 55.
Codex 60. — *Cod. Matrit. I.* Descriptus in pag. 56.
Codex 71. — *Cod. Ebor. I.* Descriptus in pags. 61 et 62.
Codex 81. — *Cod. Bruxell. I.* Descriptus in pags. 66 et 67. Ibi vocatur *Cod. Bruxell.*
Codex 82. — *Cod. Mechlin. I.* Descriptus in pag. 67. Ibi vocatur *Cod. Mechlin.*
-

Chronicon Societatis Jesu, auctore P. Polanco, t. I.—Descriptus in t. VI ejusdem Chronici, pag. 839, annot. 2.

CODICES SOCIETATIS JESU

QUI OLIM IN TABULARIO ROMANO ASSERVABANTUR
ET ADHUC PENES SOCIETATEM HABENTUR

Codex 1.

Memoriale P. Consalvii, I. — Vol. 0^m,288 × 0^m,200; pergamena membrana antiquitus compositum, et recenter folio papyraceo albo, internae faciei operculi agglutinato, munitum.

Inscriptio in anteriori operculi facie: «*Memoriale P. Ludouici Gonçales | Lusitanice. | Continet quamplurima de S. Ignatio.*» Et paulo inferius antiqua signatura: «G | XXXIX. 2.»

Constat sequentibus foliis; 1) tribus puris et recentioribus; 2) folio antiquo et puro; 3) folio, quod in prima pag. hunc titulum tantummodo exhibet: «*Algumas cousas q. o Padre Luis glz. notou na vida de nosso Padre Ignacio...*» Haec quinque folia non sunt signata; 4) 106 foliis, quorum sex ultima pura. Omnes paginae, si ultimam excipias, numeris distinguuntur, sed numerus 135 iteratur: unde a pag. sequenti usque ad ultimam signatam, scil. 210, perperam procedit paginarum distinctio.

In pag. 1 signata incipit prooemium, seu «*Prologo do Padre Luis guonçalvez,*» quod desinit pag. 7. In pag. 8 incipit *Memoriale* his verbis: «*Memorial de lo que nuestro Padre me responde acerca de las cosas de casa comenzado á 26 de Henero del año de 1555,*» quod desinit pag. 192. Tandem, pag. 193 vacua relictæ, clauditur codex duplici supplemento.

Scriptum est partim hispanice, id nempe quod Romae breviter adnotavit, partim vero lusitanice, scilicet quod Eborae multis post annis ad explicanda ea, quæ non facile intelligi poterant, superaddidit.

Decem menses complectitur, ab initio anni 1555 usque ad 18 Octobris ejusdem anni; et satis perspicue integer codex exaratus est, quamvis non semel apparet librarium nec lusitanam nec hispanicam linguam bene callere.

Totus codex ab uno librario satis accurate exaratus fuit, sed quasdam additiones et annotationes in margine addiderunt.

Descriptus est in opere *Epistolæ P. Hieronymi Nadal*, t. I, pags. LVIII-LX.

Scriptores, qui hoc codice usi sunt: P. Jimenez, socius P. Natalis in commentario, quod habetur in opere *Epistolæ P. Hieronymi Nadal*, t. I, pags. 26 et seqs. (vide pags. 35 et 37 præcipue), ubi accurate notantur pa-

ginae hujus codicis.—Laudatur etiam hic codex a P. Pinio, *Acta Sanctorum*, t. VII Julii, *Comment. praevio*, n. 961.

Codex 2.

Memoriale P. Consalvii, II.—Vol. 0^m, 217 × 0^m, 148; crassiori charta compositum. Inscriptio in dorso: «Diari | del P. | Gonza.»

In prima facie operculi, in medio: «† Diario del P. Gonzales | 1555 | Italice»; et sinistrorsum: «n. 6».

Constat 85 ff. signatis et italico sermone scriptis. In fol. 1 haec habetur annotatio: «Ricuperato dagli Archivii Parigini l'anno 1815. Marini.»

Multa omittit, quae in superiore inveniuntur.

Codex 3.

Memoriale P. Consalvii, III.—Vol. 0^m, 188 × 0^m, 123; pergamina membrana apprimè compositum. Eadem continet, quae superior codex.

Inscriptio in dorso: «Diario | del | P. Gonzal.»

Paginis 133 signatis coalescit, et totum italico sermone scriptum est.

Codex 4.

Collecta per P. Natalem.—Vol. 0^m, 223 × 0^m, 150; membrana pergamina antiquitus compositum.

Inscriptio in dorso: «A | Exer.^{os} del original | Quae primi Patres decre | uerunt | modo de orar de N. P. | Acta quaedam P. Ignatii | Pars c[h]ronici Societatis | R. P. Laynez ad | P. Salmeronem | Patrum dicta aliquot | Annotaciones sobre los ejercicios | De perfectione obedientiae Societatis | De frequentatione Eucharistiae.» Ibidem alia manu: «Collecta per | P. Natalem.»

Constat 361 ff. recenter signatis.

Fol. 1, in schedula ipsi agglutinata, sequentem totius codicis indicem continet: «Exemplum exercitiorum B.¹ Ignatii ex originali.—Determinaciones Societatis Jesu.—Forma institutionis Societatis.—Oratio per dies quadraginta B.¹ Ignatii.—Acta quaedam B. P. Ignatii.—Pars c[h]ronici Societatis multorum annorum 1546 ad 1557.—Exemplum epistolae P. Lainii de vita B.¹ Ignatii.—Dicta aliquot nostrorum Patrum.—Acta B. Ignatii ex libro P. Lud. Consalvii.—Ordo dandi exercitia.—De obedientia Societatis.—De sacrosancta Eucharistia et eius frequentatione.»

Codex 5.

P. Manarei Historica.—Vol. in fol., compositum et pergamena membrana a tergo munitum.

Constat 190 ff. signatis et 26 monumentis.

Quae ad res ignatianas referuntur haec sunt: N. 2. Responsio ad quaedam postulata de B. P. N. Ignatii virtutibus et documentis, a Nicolao Lancicio Romae theologiae studioso.—N. 15. Quae viderentur addenda vel corrigenda in Historia vitae P. N. Ignatii edita Mediolani anno 1586.—N. 16. Epistola... in qua dubiola quaedam circa testimonium... de B. P. Ignatio, Venetiis anno 1608 factum, maioris declarationis causa solvit.

Praeterea exstant: Puncta, mandato P... Aquavivae collecta ab Oliverio Manareo, et in Urbem missa pro Historia universali Societatis; quaedam de P. Everardo Mercuriano; «Brevis eorum, qui vocationis gratiam de Societate nostra neglexerunt, narratio...»; epistolae variae P. Manarei (11 ad P. Orlandinum, 1 ad P. Sauli, et 2 ad P. Lancicium); 8 monumenta cum annotationibus circa scripta P. Lucenae et aliorum de S. Francisco Xaverio et de India Orientali; responsio ad ea, quae proposuit Congregatio Prov. toletanae adversus Historiam Societatis Jesu, de genere P. Jacobi Lainii.

Horum monumentorum non pauca sunt originalia.

Codex 6.

Memorie varie.—Vol. 0^m, 225 × 0^m, 158; recenter compositum, et pergamena membrana a tergo munitum.

Inscriptio a tergo manu scripta: «Memorie | varie | circa | S. Ignazio.»

Constat 185 foliis stilo lapideo recenter signatis.

Maxima ex parte coalescit adversariis, latino vel italico sermone exaratis, in quibus S. Ignatii virtutes diversis capitibus comprehenduntur: haec adversaria antiquitus quidem, sed diversis temporibus et saepe fragmentis paryraceis diversae magnitudinis, scripta fuere. Magna foliorum pars etiam antiquitus numeris distincta fuit; sed aliquando unico numero integrum monumentum diversorum foliorum signarunt.

Tria prima folia pura sunt, nec signata, et recenter addita quando codex compositus est.

Folio 1^v, fragmentum indicis, sed nullius valoris: ff. 2-9, fragmentum vitae S. Ignatii: ff. 10-13, de revelatione quadam S. Mariae Magdalenae de Pazzis: ff. 14-18, «Relatione d'alcune cose di N. B. P. Ign.^o»: ff. 19-21,

Brevis relatio foundationis collegii senensis: ff. 22-41, «Breue summario dell' origine et progresso della Compagnia de Giesù insino all' anno M.D.LI»; ff. 46-57, versio italica epistolae P. Lainii ad P. Polancum, Bononiae 16 Jan. 1547 datae: ff. 58 et 59, liberatio a quadam daemone tentatione ob intercessionem S. P. Ignatii; ff. 60-63, «Dos visiones de doña Marina de Escobar»: ff. 65-72, quaedam minuta parvi valoris; ff. 73-136, variae S. Ignatii virtutes in diversa capita distributae. A fol. 138 ad 183, quod est ultimum scriptum, haec inter alia habentur: Quaedam de P. Ignatio a P. Araozio; pauca «de vita P. N. Ignatii, quam P. Sorianus habebat» manu scriptam; quaedam notitiae de aliquibus Patribus; fragmenta ex Processibus beatificationis P. Ignatii deprompta; idem de ejus sepulchro; epistolium originale S. Francisci Borgiae ad S. Ignatium. In charta avulsa, n. 186 signata, exstat «formula translationis corporis S. Ignatii facta a P. Mutio anno 1637».

Pura sunt folia 13, 42-45, 64, 83-85, 87, 100-103, 109, 114, 115, 137, 149, 181, 184, 185.

Codex 7.

Scripta autogr. P. Lancicii.—Monumenta avulsa, ex antiquo archivo romano S. J.

Codex 8.

Process. beatif., t. VIII.—Vol. $0^m,305 \times 0^m,230$; ligatum et pergamena membrana coopertum.

Inscriptio in dorso, atramento exarata: «Caxon 15. Canonizaciones | N.º La de N. S. P. Ign.º | Tom. V. | Hasta las letras Remissoriales | y compulsoriales—y 1605—» Paulo inferius, recentius scriptum: «VIII.»

Continet epistolas, narrationes miraculorum, acta processuum diversorum, «Processus factus Barchinone de rebus P. Ignatii iussu et commissione Nuncii Apostolici Hispaniarum...», Processus mutinensis, «Testimonium PP. Lainez, Salmeron et Polanci de sanctitate et miraculis B. P. N. Ignatii», etc. etc.

CODICES QUI OLIM IN VARIIS COLLEGIIS SOC. JESU

IN HISPANIA ASSERVABANTUR

ET ADHUC PENES SOCIETATEM INVENIUNTUR

Codex 9.

Cod. Loyolae I.—Vol. $0^m,304 \times 0^m,225$; recenter compositum, pergamena membrana coopertum et duplici vitta ligatum.

Inscriptio in dorso, atramento caeruleo scripta: «Documentos | sobre la vida y milagros | de | S. Ignacio de Loyola.»

In schedula, primae faciei operculi agglutinata, habetur signatura: «Sección 1.^a Serie 1.^a N.º 1 | Est. 1.º | Plút. 1.»

Singula folia signata non sunt, imo nec singula monumenta semper, sed unico numero signantur vel unum monumentum, vel diversa monumenta si ad eandem materiem referuntur. Unde hujusmodi numeri sunt tantum 19.

Maxima monumentorum pars agit de rebus, ad cultum S. Ignatii pertinentibus, de miraculis, indulgentiis concessis capellae domus lojoleae, etc. Initio codicis haec quatuor habentur, quae specialem mentionem merentur, pro nostris monumentis Ignatianis: 1) Exemplum Processus, pro canonizatione P. Ignatii, Azpeitiae et Azcoitiae facti. 2) Varia monumenta circa judicalem processum, a senatu oppidi Azpeitiae factum, contra Ignatium ejusque fratrem Petrum. 3) Decretum senatus Azpeitiae datum die 12 Martii 1786, «para extinguir la mendicidad, siguiendo el espíritu con que se dispuso cierto arreglo al mismo fin á persuasión de S. Ignacio de Loiola». 4) Bulla confraternitatis SSmi. Sacramenti a P. Ignatio obtenta pro parochiali ecclesia Azpeitiae.

Codex 10.

Cod. Loyolae IV.—Fasciculus, 21 monumenta soluta diversae magnitudinis continens.

Inscriptio in dorso operculi: «IFS | Sección 1.^a Serie 1.^a Numero 2 | Documentos relativos á | S. Ignacio de Loyola.»

In charta primae faciei operculi agglutinata: «Sección 1.^a Serie 1.^a N.º 2.º | Est. 1.º | Plút. 1.º»

Continentur multa novissima scripta, Patrum scil. Arana et Cros; quaedam de cultu S. Ignatii etc. Sub n. 13 habetur exemplum, cui titulus «Ordenanzas de Azpeitia sobre Pobres.»—N. 18. «Copia de la bula de la cofradía del SSmo. Sacramento, ó de la Minerva, establecida en la parroquia de Azpeitia. Procuró esta bula S. Ignacio el año 1542 por haberse perdido la que se mandó antes.»—N. 19. Tria apographa epistolarum S. Ignatii, quae datae fuerunt 5 Maji 1547; 30 Augusti 1553, ad S. Franciscum Borgiam; 16 Aprilis 1553, ad archiep. Valentiae.

Codex 11.

Varia de P. Ribad.—Vol. 0^m,232 × 0^m,176; membrana pergamenae compositum.

In tergo et in prima facie operculi: «Vida del P. Ribadeneira.»

Constat 119 foliis, stilo lapideo nigro recenter signatis. Duo prima folia pura sunt: fol. 3v hunc titulum tantum habet: «† Vida | Del P.^e P.^o de Ribadeneyra Religioso | de la Compañía de Jesús. | Escrita por el mismo P.^e al modo de las con | fesiones de S.^t Aug.ⁿ | añadida por su compañero que lo fué | treinta y tres años el Her.^{no} Xpoual. Lopez | En Madrid año de 1612.» Haec tria folia et 9 sequentia videntur diverso tempore ac sequentia exarata; et quidem sunt etiam minoris magnitudinis, nec fuerunt antiquitus numeris distincta. A fol. 13 incipit antiqua foliorum distinctio, 9-86, non signatis, 2 foliis, scilicet, quae nunc sunt 66 et 87. Sequitur fol. 93. «Tratado del modo de gouierno que nuestro sancto Padre Ignacio tenía, obseruado del P. Pedro de Ribadeneyra, para que los superiores de la Compañya le sigan en lo más que puedan»; quod numeris antiquis 1-23 signatum est, recentioribus vero 93-115. Tandem foliis 116 et 117, quorum primum antiquum numerum 24 habet, alterum vero purum est, habetur: «Instrucción del modo de tratar ó negociar con qualquiera superior, que hizo N. P. Ignacio en el Diciembre del 1554.»

Sequuntur ff. 118 et 119 pura.

Codex 12.

Cod. Palma-Ribad.—Parvus codex 0^m,215 × 0^m,155.

Constat 26 ff. recenter stilo lapideo signatis. Folia 1v et 2r indicem continent a P. Ludovico de la Palma confectum, et ejusdem testimonium, quo asseritur annotationes, in margine quarundam paginarum scriptas, esse manu P. Ribadeneirae factas. Foliis 3-22r habetur tractatus de modo gubernandi S. Patris Ignatii. Foliis 22-23, «Algunos dichos de N. B.^{do} Padre.» Tria postrema folia pura sunt.

Antiquitus non nisi duo folia numeris distincta fuere; fol. 2, quod exhibet n. 33; et fol. 3, quod habet n. 34.

Annotationes autographae P. Ribadeneirae habentur in foliis 3, 8v et 12v.

Codex 13.

Cod. Ribad.—Parvus codex superiori simillimus.

Constat 28 foliis, recenter stilo lapideo signatis, estque apographum saeculo XVII vel initio saeculi XVIII nitide exaratum. Post tractatum de modo gubernandi S. P. Ignatii, foliis 27v et 28 habentur «Monita data a S. Francisco Xaverio P. Gaspari Barzeo...»

Codex 14.

Antiquitus in quodam collegio S. J. Provinciae Belgicae.

Cod. Bolland.—Est volumen, in quo antiqui bollandiani Patres magnam monumentorum numerum, ad S. Ignatium spectantium, collegerunt.

Constat 589 paginis signatis, et aliquibus non signatis. Praeterea in fine voluminis, sed non assuta, servantur quinque alia monumenta, quae circiter 50 pags. habent.

Maxima monumentorum pars latino sermone scripta est; et in hac collectione reperiuntur narrationes plurium miraculorum; beneficia S. Ignatii patrocinio obtenta; notitiae de aliquibus locis, ubi exstant ejusdem sancti viri reliquiae; complutensis processus contra S. Ignatium efformatus etc.

Omnia haec, vel maxima eorum pars, in vita S. Ignatii, a Patribus bollandianis scripta, edita fuere.

ITALIA**Codex 15.**

Romae, in Archivo Vaticano (Roma. Archivio Vaticano. «Codices Societatis Jesu», n. 2).

Cod. Vatic. 2.—Vol. 0^m,225 × 0^m,155; antiquitus compositum.

In tergo supra membranam haec inscriptio: «E | 121 | Acta P. N. Ign. | Apologia contra | Fratrem Pedroche | n.º 66 | n.º 66 | A... | Col-lectane- | a P. Natal.» Et inferius in charta dorso agglutinata: «C | 371.»

Sed hic titulus valde incompletus est: continentur enim in hoc còdice undecim monumenta, magni quidem valoris, scilicet: 1) Vita B. Ignatii per Ludovicum Consalvum, partim hispanice, partim lusitanice (ff. 5-28). 2) Eadem vita latine (ff. 30-45). 3) Acta fratris Pedrochii contra Exercitia (ff. 47-52). 4) Apologia Doct. Torrensis, episcopi canariensis, pro Exercitiis (ff. 54-63r). 5) Ejusdem doctoris apologia pro iisdem Exercitiis (ff. 67-70). 6) Ejusdem pro iisdem Exercitiis (ff. 70v-75r). 7) Postscriptum ejusdem (fol. 75r). 8) Approbatio ejusdem (fol. 75r). 9) Approbatio Doct. Vergarae pro Exercitiis (fol. 75v). 10) Approbatio doctoris Cuesta pro iisdem (ff. 75v-76). 11) Apologia P. Natalis pro Exercitiis (ff. 94-245r).

Minutissimam totius codicis descriptionem habes in opere *Epistolae P. Hieronymi Nadal*, t. I, pags. XL-XLIV, sub titulo *Codex 12*.

Codex 16.

Romae, in Archivo Vaticano (Roma. Archivio Vaticano. «Codices Societatis Jesu», n. 6).

Cod. Vatic. 6. — Vol. o^m, 226 ✕ o^m, 150; pergamena membrana compositum.

Inscriptio in dorso: «C | N.º 68. | A... | Varia ad Soci.^{tem} pertinentia | Et ¹ catalogus adest ² | Acta P. Ignatii | ex P. Ribad.^a | Collecta a P. Natali.» Inferius in charta agglutinata: «6 | C | 3713.»

Constat 407 ff. recenter stilo lapideo signatis. Est collectio plurium libellorum, de diversis rebus agentium, cura P. Natalis confecta, et frequentibus ejusdem annotationibus illustrata. Numerus monumentorum omnium hujus codicis est circiter 66.

Fol. 1: «Melanges | N.º 68 | a». — Fol. 2 vacuum. — Fol. 3 continet indicem rerum. In ff. 5 et 6 aliud exstat exemplum indicis rerum, Natalis manu exaratum. A fol. 7 incipiunt monumenta, quae magna ex parte agunt de Constitutionibus. Haec sunt praecipua, brevissime indicata: «Officium examinitoris. Regulae pro his, qui sunt in prima probatione; pro scholasticis; pro coadjutoribus, et professis; quae ex Constitutionibus communia sunt; quae praeposito generali S. J. et aliis inferioribus praepositis conveniunt: officium praefecti rerum spiritualium, examinitoris, rectoris, provincialis; quaedam de studiis. Acta congregationis generalis 2.^{ae} post electionem. Iterum officia diversa, scil. provincialis, rectoris, visitatoris, ministri, etc., etc.

Ad res ignatianas quod attinet, haec habentur in toto codice:

Foliis 14-20r. «Estas son las cosas de que vn escolar de la Compañía desea ser informado según lo que parece á N. Padre:» Cum responsionibus datis Patri Brandão.

- » 23 et 24. «Modo que se deve tener tratando con los superiores y otros. — Reglas de la modestia. — Aviso cómo han de caminar...»
- » 333-337r. De traditionibus Societatis. De consuetudinibus ejusdem.
- » 358-389. P. Petri Ribadeneirae de actis P. N. Ignatii, cum emendationibus P. Natalis.
- » 390. Regulae P. N. Domini Ignatii.

¹ Initium hujus versus pene deletum est.

² Scil. catalogus rerum in hoc codice exstantium.

Brevissime descriptus in *Monumenta paedagogica S. J.*, pag. 19, sub titulo *Codex 6 Vatic.*

Codex 17.

Romae, in Archivo Status (Roma. Archivio di Stato. «Archivio dei Gesuiti. Censurae librorum», t. I).

Cod. Censurae.—Vol. 0^m,292 × 0^m,219; crassiori charta compositum.

Inscriptio atramento in tergo exarata: «Censuræ | librorum | T. I.»

In priori operculi facie: «Archivio | dei | Gesuiti.»

Foliis 294 scriptis et signatis coalescit. Praecedunt 3 ff. non signata, quorum in 1.^o habetur index rerum, cui titulus: «Index auctorum | quorum opera censa sunt | in hoc primo tomo»: ff. 2 et 3 vacua. Inter fol. 3 non signatum et 1 signatum insertus est quaternio in fol. dimidiato oblongo, 12 ff. constans, ubi est «Catalogus | au[c]torum, de quibus censurae | servantur in archiuo. | Quibus uero additum est signum †, habentur eorum manuscripta». Ad finem codicis sunt 4 ff. vacua.

Porro in hoc 1.^o vol. habentur, inter alia, censurae autographae vel archetypae sequentium operum: ff. 1-26, Vitae S. Ignatii et P. Lainii, auctore Ribadeneira; ff. 27-294, Commentaria in Genes., P. Benedicti Pereirae; Summa theol. moral., P. Henrici Henriquez; Theologia positiva P. Antonii Pössevini; De gratia, P. Gregorii de Valentia; De adoratione Dei, P. Gabrielis Vazquez. Varia item opera Bellarmini, Ludovici Molinae, Toleti, Suaresii etc.

HISPANIA

Codex 18.

Matriti, in Bibliotheca Nationali (Madrid. Biblioteca Nacional, sección de mss. «Mss. 6525.»)

Cod. Matrit. IV.—Vol. 0^m,238 × 0^m,176; membrana pergamena compositum.

Inscriptio in dorso: «Vida | M. S. | del Padre | Pedro | Ribade | neira | de la Comp.^a | DE | Jesus.» Et paulo inferius, in charta agglutinata, nova signatura: «Mss. | 6525.»

In interna operculi parte habetur antiqua signatura «R.-287», sed jam oblitterata; et infra illam nova signatura quemadmodum in dorso.

Constat 238 ff. numeris distinctis, quorum ultimum est purum: prae-

terea sunt 7 ff. pura, non numerata, 4 initio, 2 post fol. 218, et unum sub finem codicis; primum et ultimum recentius addita.

Monumenta, quibus coalescit, haec sunt:

Folio 1, sequens inscriptio: «† | Vida | Del Padre P.^o De Ribadeneira, | Religioso de la Compañía de | Jesus | Escrita por el mismo P.^o á modo de | las confesiones de S.^t Augustin | Añadidas muchas cosas de las virtudes | que el dicho P.^o tuuo, por el hermano Chris | toual Lopez su compañero, que le siruió | treinta y tres años, hasta que el P.^o murió | En Madrid año 1612.» Et paulo inferius alia manu: «Es del Coll.^o de la Comp.^a de Ihs | de Villagarcía.»

Folii 2-91. Vita P. Ribadeneirae, et hujus adprecatio ad P. N. Ignatium.

- » 92-109. «A los superiores de la Compañía de IHS.» Est tractatus de modo gubernandi S. P. Ignatii.
- » 110-111r: «Algunos dichos de N. B^{to}. Padre.»
- » 112-189r. Collectio epistolarum P. Ribadeneirae ad varias personas saeculares, et harum ad P. Ribadeneiram. Hujus epistolae sunt circiter 50, et pertinent ad annos 1557-1590.
- » 189v-201. «Exortación para los soldados y Capitanes que van á esta Jornada de Inglaterra en nombre de su Capitán General.»
- » 202-218r. «Psalms paraphraseados por el P. Pedro de Ribadeneira.»
- » 129-137r [perperam pro 229-237r]. «Relación de la forma que se tuuo en hazer el retrato de nuestro Sancto Padre Ignacio de Loyola y del motiuo que para ello tuuo el P. Pedro de Ribadeneira.» Hoc monumentum subscribit «X.^oual Lopez.»

Sequitur ultimum fol., perperam numeratum 138 pro 238.

Codex 19.

Matriti, in Bibliotheca Nationali (Madrid. Biblioteca Nacional, sección de mss. «Papeles varios, caja 8, n. 71»).

Cod. Matrit. V.—Est capsula, diversa continens monumenta, inter quae habetur unum, exhibens processus contra Ignatium et quosdam ejus socios Compluti efformatos.

Constat hoc monumentum (0^m,314 × 0^m,214), quod videtur fuisse pars alicujus voluminis compositi, 15 ff. : 11 prima folia numeris 54-65 signata sunt: 3 ultima non sunt signata. In fol. 2v (quod deberet esse 13v) haec habetur inscriptio: «† ynformación de Inigo y Calisto y sus compañeros que fueron los primeros que en esta villa anduvieron jun-

tos, que aora llaman de la Compañía de Iñs.» In sequenti fol. haec alia inscriptio: «Processo original y traslado auténtico de vn pleyto criminal y examen de su vida de nuestro sancto Padre Ignacio que se hiço en Alcalá quando estudiaba en ella.»

Post haec 15 ff., alia 11 ff. sequuntur numeris non distincta, quae continent sequentia: 1.^{um} fol. hunc titulum: «Traslado deste proceso original de mejor letra de la información de vida y costumbres que se hizo en Alcalá de nuestro santo Padre.» Sequentia 11 ff. habent monumentum in praecedenti titulo indicatum; sed quaedam periodi sunt aliquantum decurtatae, et aliquot verba non satis fideliter exscripta.

In sequentibus 2 ff. exstat praecedentis processus compendium et ejusdem veracitatis attestatio, cum subscriptione scribae Joannis de Quintarnaya.

Codex 20.

Queria N. P., como yá disse, que, quanto podesse ser, fossem nossas obras liures, suaues e com proprio lume de Deos. Por isso na materia da abstinencia não daua regra certa, senão aos que via que pollo muito feruor farião excessos, pondo-lhe[s] freo, ou aos froxos e descuidados, que por serem nouiços não se applicassem tanto, pondo-lhe[s] esporas.

358. El Padre nunca cree nada de lo que le dizem en mal de otro, ny avn á Polanco; y assy como en muchas cosas pide le den por escrito [sic] me lo pide en este caso, para que el hombre más sosegadamente y sin pasión diga lo que sabe ó ha oydo.

Ista ^d credulidade, de que aqui falo, he aquelle vicio, de que S. Bern., lib. 2. [cap. XIV] de Consider. ad Eugenium, diz: «Est item uitium, cuius si te immunem sentis, inter omnes, quos noui, ex iis, qui cathedras ascenderunt, sedebis, me iudice, solitarius; quia ueraciter singulariterque leuasti te supra te, iuxta prophetam. Facilitas credulitatis haec est, cuius calidissimae uulpeculae magnorum neminem comperi satis cauuisse uersutias. Inde eis ipsis pro nihilo irae multae, in[de] innocentium frequens additio, inde praeiudicia in absentes.» Haec ille.

D'esta ordem que tinha de pedir por escrito a falta sindicada, yá se disse n'outro lugar, que outra causa era, porque dizia

^c *Locus relictus est vacuus.* — ^d Este ms.

elle a lingua humana era naturalmente inclinada a dizer o mal etc.

359. Quando le dizen asy mal y le han ya dado el escrito, suele mostrárseles, y suele confrontarlos ^e, y nunca dexa cosa fistulada sin descubrilla, si no es ad tempus con algunos muy incurables.

«suele confrontarlos»

Quando o syndicado negaua a falta, que nosso Padre lhe uia¹ pollo escrito, costumaua o Padre chamar o que o syndicara e aiuntal-os ambos, pera que manifestamente conhecesse o culpado sua culpa; e isto chamo confrontar. Fazia-o assy N. P., porque queria que em tudo se procedesse com muita clareza de todas as partes.

360. Lo de micer Francisco, quando dizia del ^e y quando hizo los exercicios, que dixo sus tentationes á Benedicto; y iusgaron todos que bien las podía descubrir al Padre, y lo que más passó.

Este micer Francisco era o que acyma dissemos N. P. despidio da Companhia. Foy este sómente tentado contra o mesmo Padre, e descubrio suas tentações a Benedicto Palmio, o qual, tendo duuida se podia dar conta d'ellas ao Padre pollas auer ouuido em segredo, foy resolutivo que podia e deuia; e fazendo o assy, tomou N. P. tudo por escrito, pera que, tiradas as cousas a limpo, se desse remedio ao micer Francisco.

361. El Padre no mira á la cara sino raro, y esto haze obseruar con rigor, como hizo á Oliuero ²¹, y á Juan Domenico romano, y á Paulo mantuano.

Iá fica dito a regra, que N. P. queria tiuessemos em olhar

^e confortarlos *ms.*; *sed in margine emendatum est.* —^f *Sic; videtur legendum:* lhe lia. —^g *Locus pro uno verbo relictus est vacuus.*

²¹ Videantur *Epist. Mixtae*, IV, 736, annot. 1, ubi adnotauimus poenitentiam Octavio Manareo ab Ignatio impositam, ob neglectam ab illo oculorum modestiam.

pera as pessoas com quem falamos. Queria que se guardasse muy ao pé da letra, e ainda ao P. Oliuério, homem de muita modestia, penitenciaua n'ella.

362. Quando mira á vno, si no es por benignidad en conuersación, parece que le traspasa el corazón, y que le vee tudo; y assy á las vezes mira á la cara para veer la mudança del rostro.

Huma só vez me lembra que me olhasse d'esta maneyra; e certo que todo me trespassou, como se me dera huma notauel reprehensão.

363. Al pentescostés passado todos los germánicos han escogido de su voluntad á Cornelio ** por confessor y se han confessado con él.

De antes desto ellos no podían, ny querían sofrir la regla del italiano ***, ny querían sofrir las penitencias, y micer Andrés *** tenía aquella regla por impossible; y aunque habló al Padre que ninguno quedaría, el Padre no se mouió, antes dixo que agora era menester más opprimillos, porque ellos se leuantauan con los cardenales que aquy tenían tudescos; que aguora era menester apretalles más, para que suppiessen etc. Factum est sic. Están ^b todos quietos, aun aquellos que por inquietos querían despedir.

São bons exemplos estes do bom successo que N. S. daua á constancia e meynos de nosso Padre.

364. Acordarme he de la constancia del Padre en cosa que torna, y la causa [es,] porque tudo vaa sobrepensado y encomiendado á Dios.

365. De Laines, acerca del papa Marcello auer dicho que por

^b estén ms.

** Cornelius Vishavaeus.

*** Regulam intellige de usurpanda lingua italica in quotidiano sermone. SCHROEDER, *Monumenta... Collegii Germanici et Hungarici*, Monumentum 14, Regulae alumnorum, Reg. XII.

**** Andreas Frusius, germanici collegii rector. POLANCUS, *Chron.*, VI, 48.

sus antecessores auían començado seruiendo y sin prouecho, que él quería tentar otra vía, id est, reformarse á sy mismo, y después etc.

Notey como o summo pontifice achara por bom me[i]o pera reformar a igreja, o que N. P. yá tinha dito e achado ²⁵.

366. Del modo que el Padre tiene en consultar, mandando que debatan primero la materia sin determinar, y después den escrito; 3 missas etc.

367. De lo que Laynes dixo, que, quando murió el bachiller Hozes en Padua, daua el Padre ¹.

368. Que nuestra vocación era ayudar las ánimas por vía de humildad, y assy que no le parecía se tomasse la inquisición ²⁶; y á esto se inclinaua oy en la congregación, en la qual todos se han de aiuntar 3 días sin determinar, y después dar su parecer por escrito.

369. Vincentio siciliano se fué á Nápoles, y de allá escriue y habla mal de la [Compañía?].

370. De cómo á la Compañía es necessario lea libros espirituales y aun [sic] y preguntas á estos Padres cómo se han auido con ellos, si han sintido que se resfriassen en la uocación. «se resfriauan en la uocación»

Com a lyção das hystorias de santos de outras religiões se despos N. P. Inacio pera nosso Senhor fazer d'elle o que fez. Das mesmas hystorias se ajudauão muito os primeiros Padres, assy pera sua propria edificação e deseio da perfeição, como pera a doutrina do proximo. Tambem me lembra que no principio d'esta prouincia crecião os yrmãos em emulação santa com a lição d'estas mesmas cousas, nem auia a quem por ellas se oca-

¹ *Sic, abrupto sensu; et relictus est vacuus locus duorum versuum.*

²⁵ Vide supra, n. 343, pag. 316.

²⁶ Scilicet non omnino probabatur Ignatio ut Societas officium sacrae inquisitionis obeundum susciperet, quod in Portugallia Joannes III nostris tradere cogitabat. *Epist. Mixtae*, IV, 645-649.

sionasse tentação nenhuma da uocação; e pollo contrario vimos que, ordenando-se depois n'esta mesma prouincia que não ouuesse tanto d'esta lição de santos e cousas d'outras religiões, permitio nosso Senhor que logo então, poucos meses depois, se sayrão duas pessoas conhecidas da Companhia pera se fazerem frades; huma das quais, que n'isto deu muito trabalho e desinquietação publica, finalmente ficou e perseuera ainda em seu mosteyro.

371. Lázaro pidió licencia para yr perigrinar 3 ó 4 meses para se aprouechar. El Padre se la concedió; y aun se quería yr libre de los uotos, mas él no quiso; y assy se parte oy.

372. Nuestro Padre ha ordenado que á ninguno llamen Padre, syno á los superiores.

Isto mesmo fica acima contado.

373. El Padre nos dió capello porqué rezáuamos por el huerto, y amenazó, sy más lo hazíamos, diciendo que cantáuamos.

Não nos daua o capello por rezar na horta, senão porque pareciamos que cantauamos como frades.

374. Acordarme he de lo que el Padre dixo el [sic] passado. Estando comiendo Bobadilha, Salmerón, Symón y los ordinarios; y hallando ^j que el mundo no [nos] quería bien, id est, algunos, porque no crymos ^k hypócritas, sic enim dicebant, dixo el Padre: «Cierto, yo holgaría que fuésemos más hypócritas de lo que somos; que yo no sé en la Compañía ningún hypócrita, si no es Salmerón y Bobadilla.» Y esto dizía el Padre porque quiere que nuestra composición exterior sea muy modesta y muy compuesta. Y acordarme he de cuántas uezes me lo ha notado, y lo que hizo á muchos para componelles.

«los ordinarios»

^j Sic; forte melius hablando. —^k Sic, sed perperam; forte, nos criamos, vel nos creen.

Os ordinarios eramos o P. Nadal, Polanco, Madrid e eu. Acyma⁷fica este caso relatado.

375. De lo que conta Laínez del Padre, en Barcelona ¹⁷ se metió en el agua para ¹ ayudar a vno y haze [sic]

Cómo fué por simili causa de París á Roán ^m á pie sin comer.

Este caso e o de cima se contão largamente na uida do P. Inacio.

376. De dom Diego, cómo fué de París en medio inuierno con Ferrón ¹⁸ hasta Nauarra á buscar vno salido.

Isto notey aqui pera se uer o zelo, que antigamente ⁿ se tinha das cousas da Companhia.

377. Neira ¹⁹ dizia al Padre no auerle hablado anoche, porque vino el Padre tarde cansado, y no auer hablado al papa. El Padre le respondió: «Otras uezes os he notado; yo os enseñaré á hablar conmigo: idos * con tanto.» Después dixo el Padre: «Pensaua que yo auía de perder el pulso por no auer hablado al papa.»

Nuestro Padre quiere ser de sus súbditos muy reuerenciado, y assy quiere que lo sean todos los superiores.

«no auerle hablado»

Daua isto por escusa de não ter falado ao Padre em algum negocio que lhe encomendara.

«yos con tanto»

378. Esta era a forma dos capellos de N. P., com a qual despedia hum de si vltimamente.

Huma vez me mandou N. P. com hum recado de muita im-

¹ se metió nellaguopera ms. — ^m In ms. legitur Roma, sed in margine scriptum est Roan. — ⁿ antiguamente ms. — ^o yos ms.

¹⁷ Parisiis id contigisse perhibent historici. RIBADENEIRA, *Vita Ignatii Loiolae*, lib. V, cap. 2, Barcinone vero virgis appetitus est, cum coenobium quoddam virginum meliori frugi restituere satageret. *Acta Sanctorum*, loc. cit. Commentarius praeuius, § XII.

¹⁸ Didacus de Eguia et Bartholomaeus Ferronius.

¹⁹ Ribadeneira.

portancia, e tornando eu com a reposta, entrey na sua camara pera lh'o dar como costumaua; porém, parecendo-me que estaua algum tanto indesposto e que não era então tempo, esperey assy hum pedaço, aguardando se me falaua n'isso; e como me não perguntasse nada, deixei-o com ^p outros com quem estaua e say-me com intento de lh'o tornar a dar. No mesmo dia á tarde, estando eu na horta, yá no cabo do repouso, senão quando chega a mym hum yrmão ^{coadiutor} temporal muito simple, chamado Antonino, dizendo: «Diz o P. Ignacio que, pois V. R. não he pera lhe dar a elle o recado onde o mandou, que m'ó dê a mym, e me enforme bem da reposta, pera lh'a eu leuar.» Fillo assy, e fiquey entendendo de quanta simplicidade queria N. P. que se usasse na obediencia.

379. El Padre siempre habla con tanta consideración, que todas sus palabras quedan sin mudarse nada.

380. En lo de la inquisición ³⁰ me contó oy el Padre cómo se auía auido, id est, mal mucho al principio; después, haziendo oración [sic] hallar dubio, é inclináuase por los trauaios y persecutiones, que dan á la Compañía ^q en España; y assy lo cometió á 6, y sinco fueron en ello; el sexto, Laynez, no le parecia, mas se remetiô, y assy el Padre hizo escreuir. Acordarme he de auer la copia de la carta y de los pareceres.

381. Sobre o conceder a el-rey de Portugal que os da Companhia fossem inquisidores n'este reyno, passou N. P. comsigo todas estas cousas e duuidas; e como aqui digo, veo-se inclynar a aceytarmos este cargo por algumas persiguições que se aleuantarão contra a Companhia em Castella, ainda por via ou com pretexto de inquisição, as quaes parecia se apagarão de todo vendo-se como a Companhia em Portugal tinha a mesma inquisição.

«á seis»

382. D'estes seis me lembra que fomos cinco os Padres

^p deixeios con *ms.* — ^q Compañia *ms.*

³⁰ Vide supra, n. 368, pag. 324.

Layneze, Madrid, Olaue, Polanco e eu; e parece-me que o sexto foy o P. Frusio, ainda que duuido se foy o P. Nadal, por que não me acordo se estaua em Roma ³¹. As rezões por que ao P. Laynez não parecia que se acẽytasse a inquisição era polla muita autoridade que tem os inquisidores em Espanha, da qual elle, com razão, dizia que auião os da Companhia de fugir; pois nosso instituto he ajudar ás almas com espirito de humildade. Todauia remeteo-se ao parecer dos mays, que foy se acẽytasse, o qual nosso Padre confirmou e o fez escreuer a esta prouincia, como yá acima contamos. A copia d'esta carta e pareceres não tenho agora. Quando este recado chegou de Roma yá o negocio estaua cá tam frio, especialmente com a morte do iffante dom Luis ³², que muito o pretendia, e estar o cardeal ³³ doente, que n'isso tambem o ajudaua, que não pode vyr a effeyto.

383. El Padre me preguntó, de dos que han estado y quieren tornar, mi parecer, y después dixo que auía sido más liberal que yo, que no quería recibillos.

384. Todauía Torres, cocinero ^r de Nápolés, no despedido del todo, el Padre consiente que vaya perigrinar hasta Florentia o Perosa, y ally sirua en vn hospital este verano, y después torne á su cocina si trae buen testimonio. Y esto hizo el Padre porque pareció assy á Salmerón y á 2.

385. Aurá diez ó doze días que el Padre dixo á Olabe que pera tratar con N. grauemente, sin que pueda dezir que tiene

^r coquo *ms.*; *ab italico verbo cuoco, hispanice cocinero.*

³¹ Roma aberat tunc Natalis, nondum reversus ex missione germanica et visitatione sociorum per Italiam. *Epistolae P. Hieronymi Nadal*, I, 286-331.

³² Ludovicus, Portugalliae princeps, Joannis III frater, Societatis fautor et columen, ad aeternam vitam migravit 27 Novembris 1555. *POLANCUS, Chron.*, VI, 721, annot. 2; 747, annot. 2; *FRANCUS, Synopsis*, An. 1555, nn. 11, 12.

³³ Henricus, Ludovici frater, princeps et cardinalis, postea Lusitaniae rex.

passión, que nunca le dé ninguna razón de lo que le dixere, y que las penitencias se las mande dar por otro.

386. Joán d'Alba ²⁴ tornó á lo suyo vltimamente y á dezir á otros coadiutores que no eran de la Compañía sino los sacerdotes etc. El Padre dexó su caso en Madrid y Polanco. Propúsele algunos partidos, y assy él tomó el hyrse absoluto de los uotos, y oy se partió.

387. Joán Cocanaro de Tiuoli vaya adelante y haga también las electiones, pues tanto insta, como presupuesto que no tutuiesse muger; y después de hecha para la Compañía la resolución, se le diga que le basta el mérito etc.

«Joán Cocanaro»

Era este hum gentil homem de Tiuoli, homem cazado, muy especialmente deuoto da Companhia. Tomaua os exercicios, e estaua concertado com sua molher pera que ella entrasse em huma religião e elle ficasse na Companhia. Não o queria N. P. receber; mas, pera que se não desconsolasse, sem lhe dizer nada, ordenou que fosse por diante com as eleições e mais partes dos exercicios, e que no cabo d'elles o consolassem na maneyra que aqui diguo.

388. Laynes sintió mucho la yda de Joán d'Alba y mostraua [sic] mas uiendo la rezón de lo exemplo de los otros coadiutores, le pareció efficás.

389. El Padre le desplugo que ouiesse laycos en casa con vestes longas, y manda por regla que no lleguen con vn palmo, ó quasi [sic] y com Polanco las uea siempre, porque la variedad de los ministros no lo desaga.

Luis ya [sic]

390. Micer Lourenço, Theodorico, Estéphano, Iuan Anto-

²⁴ Vide supra, nn. 236, 332, ac paulo post, n. 402.

nio, Georgio griego, vayan al collegio á que los examinen; y primero Mtro. Polanco vaya á saber cómo puede apresentarse. Georgio y Iuan Antonio irán después.

«Micer Lourenço»

Este era Lourenço Magio, de quem já se fez menção.

391. Olabe dixo al Padre, de Matheo tudesco, que era poco obediente, y el Padre dixo que cómo le daua de comer; y Olabe: no se lo dan nada, sin hazer lo que manda, disciplina etc., mas con mucha difficultad *, y criamos una bíbora ally. El Padre le dió vn capello porque tan tarde se lo dizia, y dixo: Yo os certifico, que yo haga inquisición, y que no sea él solo el penitenciado.

392. Acordarme he de cómo el Padre en las más de las cosas manda que se lo acuerden; mas como es cosa que toca á hermano alguno, él mismo se acuerda; y también de la grande fineza en la obediencia que el Padre quiere.

393. Oy se fué Ioseph, al qual Joán d'Alba también predicaua; y no soló á él, mas á otros que quedan, ensennaua su doctrina, id est, Marco, Matheo, Luis etc.

394. El Padre dixo que buena [sic] era tener la casa en paz, y assy estaua determinado [sic] no auiendo otros [sic] con que se pudiesse sustentar la nueua [sic] que tanto ha costado.

2 de Iulio.

395. Olabe examinó á N. de su pobreza, y hallóle muy alieno de buen camino; y el Padre hizo escreuir á Olabe todas las palabras de una parte y otra, y que las ^t leiesse á N. para dizir se auía assí passado, y el dicho Olabe los firmasse. Lo vltimo que Olabe dixo fué, que, si fuesse en su mano, le echaría de la Compañía.

* *Valde obscurus videtur hujus periodi sensus; forte legendum sit: no se le da sin hacer [id est, hasta que hace] lo que se le manda, como tomar disciplina etc.; mas hácelo con mucha difficultad. —t los ms.*

A 3 del mismo.

396. El Padre propuso á Laynes, Salmerón, Madrid, si podía por vn peccado mortal sabido en confesión despedir á uno en la Compañía, y respondieron que [sí,] si el despedir no muestra peccado mortal en la Compañía, pues ay muchas cosas que no lo son, por las quales se despide; y el Padre mostró primero auerlo [hecho] algunas uezes ³⁵.

³⁵ Probabilis olim visa fuit haec quorundam auctorum opinio, nunc prorsus obsoleta, posse confessarium ad externam gubernationem uti notitia per confessionem habita, quando nempe periculum abest ut peccatum sive ipse poenitens reveletur, vel usus talis scientiae innotescat. Ad rem S. Alphonsus de LIGORIO, *Theologia moralis*, lib. VI, tract. IV. De poenitentia, cap. 3, n. 656: «An superior ob peccatum auditum in Confessione possit amovere subditum ab officio? Affirmat *Samborius*, tom. 3. *Caus. 18*. Idque prius docuit *D. Th. Quodl. 5. q. 7. a. 13*, modo absit revelatio peccati, sic dicens: 'Si ergo amotio subditi ab administratione possit inducere ad manifestandum peccatum in Confessione auditum, vel ad aliquam probabilem suspicionem habendam de ipso, nullo modo Praelatus deberet remove. Si vero per amotionem peccatum nullatenus manifestaretur, tunc alia occasione accepta, posset subditum ab administratione remove, et deberet hoc facere, cum debita cautela.' Et idem confirmat in *Suppl. q. 11. a. 1. ad 3*. Idem dicunt *S. Bonav., Alex. de Ales, Gabr., Pal. et Adrian. ap. Habert.* t. 6, p. 260. q. 14, ac alii ap. *Suar., d. 33, sect. 7*, qui hanc sententiam vocat communem, ut revera erat inter antiquos.

Sed huic doctrinae obstat hodie Decretum Clem. VIII. (*de casib. res. pro omnibus Relig. c. 4*) editum 26. Maji an. 1594. ubi dictum fuit: 'Tam superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime, ne ea notitia quam de aliorum peccatis in Confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur.'» Haec S. Ligorius.

Clementi VIII praeiverat, ad Societatem quod attinet, ejus generalis praepositus Claudius Aquaviva, qui anno 1590 hujusmodi notitiae usum nostratibus interdixit (Ordin. Gen. c. 2, n. 14), et ad Societatem universam de hac re Instructionem misit, quae ordine quinta est. Lubet eandem scribere, ut, qui fuerit jam pridem nostrorum moderatorum sensus, penitus agnoscatur: «Tametsi non desunt Doctores, qui sentiant, salvo sacramentalis confessionis sigillo, justis de causis licere nonnumquam Confessario (cum id fieri potest sine ulla revelatae confessionis suspicionem) uti extra confessionem notitia per confessionem habita; tamen, quoniam haec doctrina, et eam exigit in tanta re circumspectionem, quam servare perdifficile sit, et interim posset aliquando retardare subditorum libertatem, quam hujus fori sanctitas et nostrae Societatis Institutum requirunt in se ipsis rebusque suis Confessario aperiendis: idcirco visum nobis est in Domino statuere, sicut et

«sabido en confesión despedir»

A pergunta de N. P. era esta: se quando em confissão sabia hum peccado mortal de huma pessoa da Companhia, a qual por outra uia tinha outras faltas, não bastantes pera por ellas sómente ser despedido, mas tais, que poderia o mesmo despedido attribuir a ellas o despedirem-no, se em tal caso poderia o superior ajudar-se do peccado sabido em confissão pera por elle o despedir; e como aqui digo, antes dos Padres responderem deus a entender que algumas uezes tinha ysto feito. Em tudo isto mostraua a grande pureza que queria nos membros da Companhia, e quanto deseiaua que se cumprisse aquella sua sentença commua: «que no osaría estar vna noche debaxo de tejado con vno de la Compañía, de quien supiesse que estaua en peccado mortal».

397. Preguntó el Padre si en peccados mortales, no sabidos en confesión, podía consultar; y fuéle dicho que sy, quando estuuiessse dubio, o quando viesse que se seguiría escándalo se no consultasse.

A 4.

398. Arnoldo en Venetia á otro dixo palabras; y por ser el totum continens de las eschuelas y maestro en artes etc., y quedaren sen él las escuelas desechas, intercedían algo al Padre; mas no vino en más, syno que hiziesse vn grande golpe de penitencias, y después fuesse hechado á perigrinar 3 meses, y ueniesse acá; y á no las querer hazer, le hechassen de todo; y temese no las hará.

severe statuimus, ... ut omnes Superiores diligenter caveant, ne vel ipsi vel Nostrorum aliquis supra dictam doctrinam usquam introducant, nec illam publice aut privatim doceant, nec ea utantur ullo modo (nisi forte de penitentis licentia); sed ita prorsus in omnibus casibus nostri se gerant Confessarii, ac si in confessione nihil penitus auduissent; sibi que persuadeant, ut humanarum rerum regimen ab hoc Sacramento longissime distat, ita debere nullatenus ab eo pendere.». *Institutum Societatis Iesu*, t. III, pag. 352. Florentiae, 1893.

399. Juan Philippo truxo 190 ^u á casa, que dió Siluestro Pisano pera obras pías, señalando 40 pera casa, ó todos, si todos nos pareciesse bien empleados, antes mostrando más inclinación á que todos los tomássemos. El Padre no quiso que tomássemos ny en casa, ny en collegio nuestro, ny en el tudesco, ny en Tívoli * etc., y oy se ha empeçado á destribuir.

Era N. P. summamente alheo de toda a specie de cobiça.

400. Olabe dixo al Padre, que si S. R. le daua licencia de comunicar lo de la remisión de liciones estos dos meses con Polanco y Madrid (añalo el Padre tratado con Neyra, el qual parecía [sic]. El Padre le respondió ásperamente que no se mouiesse nada. Yo pienso que entiende en esso etc.

«Su R.»

Nunqua em presença se falou a N. P. Inacio por Paternidade, senão o mesmo P. Olabe, que algumas uezes por descuido lh'o chamaua; mas lembra-me que lhe daua por isso penitencias. Disse em presença, porque por carta alguns lhe chamarão Paternidade. Ainda ao P. Laines me lembra que faluamos por Reuerencia até hum anno ou mais depois de eleito geral; e soo da era de 61 pera cá se introduzio o costume de Paternidade.

401. Acordarme he de cómo el Padre guarda siempre con todos su grauedad.

A 10 de Iulio.

402. Juan D'alba ³⁶ pide ser recebido, y el Padre hizo hazer consulta con todos los laycos; y concluyendo la mayor parte quē se recebiesse, se mandó dezir al Padre, y él respondió que no conuenia, etc.; y á este effecto mandó hazer la consulta.

«y á este effecto»

Bem uia o Padre que todos os coadiutores auião-de ser de parecer que se recebesse Iuan d'Alba, especialmente porque sabião

* 190 scudi *it.* — v Tíbili *ms.*

³⁶ De hoc viro supra non semel egimus.

que N. P. lhe mostraua particular amor; mas pera que entendessem como ão tinha respeito senão ao que conuinha pera quietação da casa, depois, ouvidos os pareceres de todos, com solenidade deu esta resolução.

403. Francisco Ferrarés y Thomaso, que auian hablado en la confesión, sospechando que se la auian reuelado; y los de la consulta, á quien el Padre remetió, concluíeron que no fuessen echados; el Padre los echó etc.; y agora dize, quando se habla de [sic] «vosotros á receber, y yo á echar».

404. Mariano nouicio y Juan Antonio napolitano *, de 4 annos que eran inquietos y no les quería la consulta echar, el Padre preguntó: «Si agora estuuieran fuera y les conociérades tam bien como les conocéis, recebiéradeslos?» Dixeron que no. Dixo el Padre: «Pues echadlos»: y assy se han ydo oy.

405. Hablando desto Laynes y Salmerón, y de Thomaso y Francisco también, el Padre no quiso dezirles las causas: vnde patet, que también los del collegio echados q [sic] Padre absconde, era por pequenas causas.

«vnde patet»

Quando o Padre mandou despidir do collegio romano os de que aqui faço menção, e não quis descubrir as causas por que o fazia, concebi eu comigo que seriam graues; porém, quando vy que não descobria ao P. Salmeyrão e Laynes as por que despidira Thomazo e Francisco, as quais eu (por ser ministro de casa sabia que eram leues, fiquey respondendo ao meu argumento^y que não tinha rezão em cuydar que seriam graues as dos despididos do collegio. E isto quis aquy significar. Todauia depois soube certo que alguns d'aquelles foram despididos por cousas muito graues.

406. Salmerón, que quería llevar la mula que truxo de Nápoles hasta Augusta, y Laynes le parecia; mas el Padre no quiso omnino, syno pagándola á Nápoles de los dineros de la misión.

* Napoli ms.; *posset esse cognomen*. —y arg.^o ms.

407. Quiérense poner en cabeça de algunos tudescos beneficios, quel collegio tenga algo de comer, y el Padre no quiso que fuesse en ninguno de los nuestros.

«en cabeça»

408. Quando se applica algum beneficio a huma casa, o qual se poem em alguma pessoa particular d'ella, chama-se, * pôr em cabeça.

409. Partió el P. Salmerón [sic] para Augusta y Pollonia.

410. A N. dió Olabe una disciplina, porque á Loarte auía dicho que le perseguían porque no dizia mal de N., y él no quiso hazella. Mandóle encerrar en su cámara [sic] y el * embaxador uiene al Padre, y el Padre le dize que esté por [sic] hasta que su causa se iusgue.

411. Oy se hizo la consulta, y Laynes habló libremente de quán poco era para la Compañía N., y los otros le han seguido. En este mes passaron muchas cosas sobre este negocio.

Acordarme he de la constantia del Padre en no declararse más. 2.º De la constantia de hazelle confessar ó perseuerar en la [sic] 3.º Del modo y libertad con que mandó hablar al embaxador por Bobadilla y después por Laynez. 4.º De la burla que hazía N. de todos, y máxime de Laynez.

412. Supo el Padre que algunos pensauan ser necessario tener uotos para yr al collegio, y que era peligro: á esta intención los hize [sic] y mostró sentirlo mucho; y mandó que luego fuessen algunos sin ellos; y el primero pienso fué Hermes de Tornay ³⁷.

«que algunos»

* chamasse *ms.* — a al *ms.*

³⁷ Vide de hoc Societatis viro quid dicat POLANCUS, *Chron.*, V, 317, et annotationem huic loco subjectam.

De quando em quando mandaua N. P. que se despeiassem alguns nouiços da casa, e que fossem estudar ao collegio. Preguntaua o P. Polanco ao mestre dos nouiços quais lhe parecião pera isso, e elle nomeaua sempre os que por sua deuação tinhão yá feito os uotos; e continuando-se isto sem o N. P. saber, vierão alguns a cuydar que era ordem do Padre, que não fosse nenhum ao collegio sem auer primeyro feito os uotos. Entendendo isto N. P., e o mal que d'aqui se seguia, ordenou o que digo.

18 Octobre.

413. El Padre dixo cómo [sic] que si en hablar más que [sic] se tan uergonçosa, tan desmesurada y tan desedificatiua, que se hable alto en esta casa, y á Olabe pensé que un mes no entrasse en esta casa en [sic]. Y acordarme he de cuánto exageró el crime, y mandó poner dos síndicos que diessen penitencias á todos, etiam vicarios; y que ninguno se pare en corredor á hablar, si no fuesse tan baxo ^b.

SUPPLEMENTO 1.º ³⁸

[SUPPLEMENTO] 2.º ³⁹

^b *Sic in exemplo italico:* Si lamentò il Padre che per casa si parlasse con voce troppo alta, esagerando assai tal difetto, e ordinò che fossero posti sindici, i quali dessero penitenze a tutti, anco a' vicarii, e che nessuno si fermasse a parlar per i coritori, eccetto che con voce molto bassa.

³⁸ Sequitur apographum epistolae Sti. Ignatii ad P. Simonem Rodericum, quam dedimus in opere, *Sancti Ignatii... Epistolae*, I, 192-196. Desiderantur tamen duo primi versus et novemdecim postremi.

³⁹ Sequitur apographum epistolae P. Bartholomaei Ferronii, ex commissione Sti. Ignatii, ad P. Michaëlem Turrianum datae, quam vide in opere *Sancti Ignatii... Epistolae*, I, 460-467. Desiderantur in hoc apographo octo primi versus, octo postremi, et praeterea sex versus, quibus continetur *Inscriptio*.


4

†
Jhs.

PATRIS PETRI RIBADENEYRA DE ACTIS

PATRIS NOSTRI IGNATII ^a 1

I. Quod quodam die apud Manresam, cum eleuatus esset in Deum, plura una hora didicit a Deo, quam omnes mundi do-



Pars superior paginae primae hujus monumenti.

ctores eum docere potuissent. Ab illo Pater Laynez, ego a Laynez Venetiis. 48.

^a Hic titulus Natalis manu exaratus est.

¹ Ex cod. Vatic. 6, ff. 358-389. Manus, quae hoc monumentum exaravit, nobis quidem Ribadeneirae non videtur, ut nonnullis visum est, quamquam aliquam illius similitudinem refert. Folia 358-373 r latino sermone, re-

2. Ita se fuisse a Deo illustratum in mysteriis fidei, ut etiam si tota scriptura et omnes libri sacri interciderent, tamen ex illo lumine se posse et mysteria fidei agnoscere et aliis tradere. Ex P. Laynez 54, 13 7.^{bris}—L^b.

3. Cum pararet profectionem in Italiam, et Barchinonae myoparonem uel bergantinum uellet conscendere sine uiatico uel commeatu ullo, ab amicis impeditus est; postea nauim ascendit et myoparo ille naufragio periit. Ego ex ipso et etiam ex Isabella Rosel, quae ipsum cum aliis retinuit^c.—R.

4. Ex Hierosolymis cum rediret^d et praefectum nauis acriter increparet propter sodomiam^e, quae in naui nefande^f exercebatur, et admonitus ab aliis compellegrinis^g, aliquod ei exitium timentibus, ut taceret, libere nihilominus contra impudicas et nefarias mentes inueheretur^h, consilium coeperunt nautae ut illum in insula quadam deserta exponerent, et bestiis laniandum

^b Quae in praecedentibus 2 paragraphis continentur, cancellata sunt.
^c Haec ultima verba, ab Ego ex ipso, cancellata sunt; et etiam L, quae erat in margine. —^d Ex Hierosolyma cum nauigaret. Natal. —^e propter flagitia Natal. —^f Cancellatum est hoc verbum. —^g comperegrinis. A Natali forte emendatum. —^h Sex ultima verba cancellavit Natalis, et eorum loco scripsit: ageret.

liqua usque ad finem hispanico scripta sunt. Haec autem posterior pars diverso tempore ac prior, et quidem majori cum festinatione scripta fuisse videtur, quod minus accurata litterarum scriptio satis aperte ostendit. De tempore, quo haec acta scripta fuerunt a Ribadeneira, nihil certo affirmare possumus: existimamus tamen fuisse antequam primam vitam P. Ignatii in lucem ederet, quam quidem anno 1572 typis mandauit.

In toto hoc opusculo, praesertim in prioribus ejusdem foliis, frequenter apparet manus P. Natalis, plura emendantis et cancellantis, praesertim loca, ubi Ribadeneira in prima persona loquitur. Unde suspicari licet haec ita illum emendasse, ut melius pro vita S. Ignatii adornanda adhiberi possent. Opusculum inexplcto sensu desinit. Hujus monumenti pretium vel inde aestimari poterit, quod ea, quae narrantur, ad primos fontes, unde procedunt, frequenter reducuntur.

Plerumque Natalis ad designandos auctores, ex quibus facta aut dicta P. N. Ignatii cognovit ipse vel Ribadeneira, prima illorum cognominum littera, in margine exarata, utitur. Sic «L.» significat Lainium, «R.» vel «r.» Ribadeneiram, «R ex Ro.» Ribadeneiram ex Roser (Elisabetha). Has annotationes, quae quidem tantum usurpantur cum latinus sermo adhibetur, nos in fine cujuscumque paragraphi collocavimus.

deuorandumque relinquerent: sed cum nauis pene ad insulam esset appulsa, subito et uehementi uento repulsi, meditaturn facinus perpetrare minime potuerunt. Ego audiui anno 40 uel 41, quo tempore recentior erat memoria et sermo de Patre Ignatio frequentior ⁱ.—R.

5. Item cum in Cypro, Hierosolymis reuertens, essent duae ² naues onerariae, maxima una, parua alia, et ille uellet in maiorem conscendere et propter egestatem non esset admissus, paruam illam nauculam conscendit, quae incolumis in portum post magnam iactationem peruenit; maior autem, ad quam admissus non est, naufragium fecit ^j.

6. Cum Pater Laynez ex Patre Araoz pro certo audiuisset Patrem nostrum Ignatium sui custodem, non angelum, ut caeteri homines, sed archangelum quempiam habere, ipsummet Patrem familiariter, uerum ne esset an non, rogauit; a quo nulum uerbis responsum accepit; sed ita ora rubore suffudit, ut uirgo solet castissima a uiris sola depraehensa ^k, ut ipsamet Patris uerecundia et uultus mutatio et oris rubor satis responderint uerum esse quod Pater petebat. Ego ex Patre Laynez 19 Maii 1555. ^l—L.

7. Ex hoc, quod proxime dixi, et ex aliis multis quae dici possunt, perspicuum est Patrem humillimum fuisse et suae uirtutis occultatorem. Sed exemplum, quod iam subiiciam, hoc etiam manifestum facit: nam cum in electione Iulii iiii quinque suffragia ad pontificatum Pater noster habuisset, et ab eodem

ⁱ *Cancellata a uerbis Ego audiui; et etiam uerba P. Ribadeneyra, quae Natalis in margine scripserat.* — ^j *Integer paragraphus cancellatus est.*

— ^k *Cancellata sunt octo praecedentia uerba.* — ^l *A uerbis Ego ex P. ad finem usque, prius cancellata, dein restituta sunt.*

² RIBADENEIRA, *Vita Ignatii Loiolae*, lib. I, cap. 12, ait esse «tres naues... quarum prima Turcarum erat, altera locupletis potentisque hominis Veneti ingens ac valida...» a cuius nauarcho cum rejiceretur Ignatius, «in tertiam conscendit, paruam et iuncturis male coagmentatam». Igitur Ribadeneira in his actis, praetermissa turcarum navi, in quam certe non erat Ignatius conscensurus, duarum duntaxat meminit, quae ad catholicos pertinebant.

Patre Laynez ^m interrogaretur uerumne esset an non, obmutuit Pater et pro responsione silentium dedit ⁿ. Ex eodem Patre eodem die.—L.

8. In iuuentute, cum corporis robore et aetatis flore gloria-retur, grauissimum in naribus morbum contraxit, ita ut uix quis-piam graueolentiam narium et factorem teterrimum ferre posset, quo tempore agitabatur desideriis eremum petendi et abdendi se in inuiam solitudinem, magis ea ratione, ne aut uideretur ab ho-minibus, aut ipse eos uideret nares comprimantes et auertentes faciem, quam aut desiderio aut uoluntate Deo seruiendi. Postea, omnibus medicis reiectis, se ipse curauit frequenti aquae frigidae irrigatione, cum omnia pene medicamenta prius tentasset. Ego ex ipso ^o Patre Ribadeneyra ^p.—R.

9. Tam erat uanus elegantiarumque studiosus in adolescen-tia, ut, crure sanato, quia talus uel os aliud deformius promine-bat, et, quod in locum suum restitui nequiuera, inaequabile ex-tabat; rogauerit medicos an os illud secari posset; et cum intel-lexisset posse quidem, sed acerbissimo dolore, et omnium, quos in curatione tolerasset, maximo, iussit os secari; et uolentibus medicis eum ligare, omnino uetuit; et ita immobilis et constans permansit in abscissione, ut neque gemitum ediderit, neque uul-tum mutauerit, et omnes praesentes admiratione suspenderet. Ego ex illo anno uel 44 uel 45.

10. Apud Manresam cum esset et se poenitentia et castiga-tione corporis incredibiliter maceraret, accidit ut die quodam sabbati, sub horam completorii, ita eleuaretur a sensibus, ut a deuotis quibusdam uiris et mulieribus (qui ad eum, uitae asperi-tate et hominis parsimonia permoti, conuenire consueuerant) ita repertus, mortuus crederetur; et nisi cordis palpitationem te-nuem deprehendisset quidam, procul dubio sepulturae mandauis-sent. Mansit autem in hac extasi siue sensuum abstractione us-

^m Prius scripserat Ribadeneira ab eodem P. Laynez: *dein vel ipse vel forte Natalis, non sua sed librarii manu, illis verbis oblitteratis, scripsit: a me.* —ⁿ *Sequentia quinque verba sunt cancellata.* —^o *Post haec verba, Natalis propria manu addidit P. Ribadaneyra. Postea autem omnia cancellauit, scil.: Ego ex ipso P. Ribadaneyra.* —^p *Sequens paragraphus, sub n. 9 positus, cancellatus est.*

que ad alterum diem sabbati sequentis hebdomadae, quo die, hora completorii, quasi e somno excitatus, oculos aperuit multis praesentibus, qui eum obseruabant, et haec tantum uerba protulit: Ay Jesús! ⁹ Ego audiui Romae ex Isabella Rosel anno 43 uel 44. Ipsa autem, quo tempore id accidit, Barchinonae agebat, et erat Patris mirifice studiosa propter famam eius et sanctitatem; et hoc idem a quodam acceperat, qui iis rebus interfuerat Manresae. ⁵ R. ex Ro.

11. Quod per 30 annos nullum unquam uocauit uel fatuum uel stupidum, uel aliquo uerbo contumelioso affecerat. Ego ex ipso anno 53.

12. Quod 12 annis proxime elapsis nullam omnino uanae gloriae tentationem senserat. Ego ex ipso anno 45.

13. Quodam die cum cuidam equiti sancti Jacobi, apud madam Margaritam filiam imperatoris degenti, promississet se pro quodam eius negotio uerba facturum, postea se promisisse poenituit; et de hac re agens adiecit: undecim aut 12 sunt anni, ex quo non memini me dixisse aut promisisse aliud, cuius postea me poeniteret. Ego ex illo anno 45.

14. Duobus primis conuersionis suae annis, ubi audiebat uirum aliquem insignem et sanctimoniae fama praestantem, illum adibat, magis ut uideret an eius spiritus cum spiritu illius conueniret, quam quod putaret se multum ex uisitatione illa profecturum; post duos autem annos neminem unquam inuisit hac ratione. Dicebat autem mihi Pater, se illo biennio uix unum atque alterum reperisse, cuius spiritus et uitae forma sibi omnino quadraret. Ego ex ipso 53, 23 Maii.

15. Quadam die uenit ad P. Ignatium offitii gratia frater quidem Reginaldus ordinis sancti Dominici, uir magni nominis

⁹ *Quae sequuntur, usque ad paragraphum 14, cancellata sunt.*

⁵ Franciscus Vicens «agens... de xenodochio S. Luciae, portentosum istum raptum aut extasin octiduanam ibidem contigisse, affirmat; ac de ea inueniri testes auritos et oculatos multos in informationibus juridicis Barcinonensibus anni 1595. et 1606. Nosocomium uero ipsum Societati in collegium cessit, aegrotis intra oppidum commodius locatis, ait Bartolus, lib. I, num. 22.» *Acta Sanctorum*, Gloria posthuma S. Ignatii..., cap. II, § 1, n. 38.

et auctoritatis apud suos et nostri amicissimus; et in colloquio (cui ego quoque intereram) incidit sermo de quadam foemina, quae apud Bononiam multorum sermone sancta celebrabatur; saepissime enim rapiebatur in extasim, mysteria passionis domini nostri Jesu Christi suo corpore perferebat, spineam coronam in capite, uulnus in latere, et alia id genus multa, quae uera esse idem Pater Reginaldus (cuius curae tradita erat in monasterio quodam) confirmabat, et se omnia suis oculis uidisse, et tractasse manibus, et certis experimentis didicisse. Adiecit etiam quaedam eius exempla de obedientia singulari: quod cum esset ita supra sensus eleuata et extra se posita, ad uocem tamen superioris, se uocantis, statim ad se rediret et orationem relinqueret etc. Cum autem ille bonus Pater dubitaret certa ne essent Dei inhabitantis signa, an daemonis decipientis figmenta et praestigia, et sententiam Patris nostri de hac re exquireret; Pater noster: tantum ex omnibus quae dixisti, Pater, nullum melius inditium, inquit, uideo, quam quod de prompta obedientia narrasti ¹. Postquam uero ille abiit, ego solus solum Patrem conuenio, et quaero ex illo, quid sentiat de huiusmodi rebus. Tunc ille: scito, Petre, proprium Dei esse in animam illabi; et quia spiritus est et spiritum amat, in eo operatur et se infundit; diabolus autem, quoniam nequit ita in animum influere, exterius in corpore operatur ²: et simul exemplum adiecit de quodam, qui ita rapiebatur in extasim; et, prima uxore uita functa, secundam duxit, et subita morte interceptus est ³. De Francisco Mansino in Tiuali etc.—r.

16. Ad eandem rem pertinet, quod ante annos 20 memini me ex fratre audiuisse. Cum enim Magdalena della Cruz in Hispania maxima sanctitatis opinione floreret, et ab omnibus fere tanquam de coelo lapsa uirgo coleretur; et frater quidam noster, Martinus de Santa Cruce, qui eam uiderat et loquentem audiue-

¹ *Post haec addidit Natalis propria manu: Deo permittente; propterea non esse illa certa signa sanctitatis. —² Sequentia quinque uerba sunt oblitterata.*

³ Haec, supra etiam dicta a Consalvio, adhibuit quoque RIBADENEIRA in *Vita Ignatii Loiolae*, lib. V, cap. 10.

rat, haec de illa Patri nostro enarraret et multa de eius sanctae prudentia et spiritu adderet, grauissime a Patre reprehensus est, quod homo de Societate ita de illa foemina loqueretur, et tanti faceret signa illa etc. Post autem aliquot annos illa se perdidit; et palam omnibus factum est quod latebat ⁵; nimirum illam illusam fuisse, et turpissime a diabolo circumuentam ⁶ et prostitutam.—r.

17. Annó 1541 ingressus est in Societatem quidam Stephanus Baroëlus, tunc diaconus, nunc uero sacerdos et superstes in Societate, qui cum postridie eius diei, quo domum uenit, in morbum periculosum recidisset, et eo usque esset progressus, ut iam a medico pro deplorato conclamatoque haberetur, Pater noster iuit (ut eo tempore frèquenter solebat) ad ecclesiam diui Petri de Montorio pro eo celebraturus; missa autem finita, cui ego inserui, dixit mihi: «No morirá por esta uez Esteuan» ⁷; et ita accidit; consequuta enim est sanitas, medicis admirantibus, et Stèphanus ipse palam salutem suam et uitam Patri nostró acceptam refert ⁸.—r.

18. Eodem anno, quo Luterus ab obedientia ecclesiae ad castra diaboli desciiuit, nimirum 17, Pater noster se ad Christum recepit ⁹, quod planum fiet si aetatem qua conuersus est et mor-

⁵ *Cancellata sunt sequentia duo verba.* —⁶ *Cancellata hac phrasi hispanica, eam supra latine scripsit Natalis: Non morietur nunc Stephanus.* —⁷ *Sequentem paragraphum 18 cancellauit Natalis.*

⁸ ... «por espacio de treinta y ocho años casi todos la tuvieron por santa... Al fin vino á descubrirse la impostura, y en 1.º de Enero de 1544... fué encarcelada en el Santo Oficio de Córdoba...» MENÉNDEZ PELAYO, *Historia de los heterodoxos españoles*, lib. V, cap. I, § 2, t. II, pag. 529; a quo auctore citatur ad calcem pag. 528: instrumentum sive «*Proceso de Magdalena de la Cruz*, págs. 462 á 506 del tomo II de las *Memorias de Francisco de Ensinas*. (Edición de la Sociedad de Historia de Bélgica. Bruselas, 1863). La copia que sirvió para la traducción es del Museo Británico. (*Egerton Collection*, 337).» De eadem femina agit RODRIGO, *Historia verdadera de la Inquisición*, cap. 32, t. II, pag. 253. Caeterum respuit Magdalená, erroresque suos et vitam ante actam damnavit die 3 Maji 1546.

⁹ Labi Ribadeneira hoc loco dicendus est; siquidem una est omnium sententia felicem Ignatii ad Christum conversionem post acceptum vulnus in obsidione pampelonensi, contigisse, cum nempe Ignatius lecto affixus in lojolæo castro decumberet. Cui sententiae ipsemet RIBADENEIRA suffragatur, *Vita Ignatii Lojolæi*, lib. I, cap. 2. Porro oppugnationem pampelonensem anno 1521, minime vero 1517, factam esse scimus omnes.

tuus consideremus: nam obiit anno Domini 1556, aetatis uero, suae 65; conuersus est autem anno aetatis 26⁷; a 26 autem usque ad 65 intercedunt 39 anni: quos si a 56, quo anno migravit a corpore, demas, 17 reliqui fiunt; anno autem 17 defecisse Luterum a fide certissimum est: quod sane Dei benignitatis perspicuum est argumentum.

19. Cum Lutetiae Parisiorum ageret, et in eadem (ni fallor) domo esset quidam *, qui uehementissime a diabolo contra Patrem agitabatur x, et ita iam esset inflammatus ut scalas ad eum occidendum ascenderet, uocem audiuit dicentem: Pobre de ti! qué quieres hazer? qua uoce exterritus et subito terrore perculsus, ab incoepto destitit y. Hic autem postea fax fuit illius incendii et tempestatis au[c]tor, quae primo contra Patres nostros Romae coorta est, quem, ut bonum pro malo redderet, ipsis Societatis persecutoribus rogantibus, in Societatem admisit z. Ego ex Patre die Ascensionis 1553. Hic autem postea dilapsus est.—r.

* *In margine: De M.^o Miguel. Quae uerba, cum in codicis compositione resecata ex parte fuissent, ea iterum scripsit Natalis in altera ipsius paginae ora. —y Quae sequuntur usque ad finem paragraphi oblitterata sunt.*

⁷ Non anno aetatis 26 in bonam frugem se Ignatius recepit, sed annum agens tricesimum. Errandi ansam, nisi fallimur, prae buerunt Ribadeneirae quaedam Consalvii uerba, quae supra, pag. 37, declarauimus. Vide locum.

^x Michaël Navarrus.

^z Admissum in Societatem Michaëlem non fuisse tradit P. Simon RODRIGUEZ, *De origine et progressu Societatis Iesu... commentarium*, pag. 70: «Hic ubi socios Parisiis profectos Italiam versus contendisse cognovit, illos insequutus Venetiis offendit; ibi ab illis obnixè petit, ut in suam ipse societatem numerumque adscribant; sed patres illius leuitatis conscii, id fieri posse omnino negant. Scholasticus deinde Romae ab spe societatis patrum omnino dejectus, dat se in amicitiam Hispanorum sacerdotum; cum illis simul in nostros quasi insaniens sexcenta jactat convicia... Itaque, ut breuiter concludam, aliquot diebus transactis, dolisque detectis, Navariensis hic ab Urbis gubernatore calumniatoris crimine damnatus... ab Urbe demum relegatur.» Cf. *Epist. Mixtae*, I, 11-14. Consalvius uero *Memoriale*, n. 69, agens de Michaële Navarro, non illum in Societatem admissum esse dicit, sed domi receptum: «hasta recibillo en casa.» Utrum uero hac locutione, quae ambigua est, uoluerit id significare quod Ribadeneira adstruit, nobis non constat.

20. Quum una cum Patre Laynez iter pedibus faceret, et grauissimus quidam dolor Patrem Laynez corripuisset, julio, id est, denario argenteo, quem unicum habebat, equum conduxit, et Patrem in eum, palliolo suo attrito et tenui inuolutum, imposuit; et ut magis illum animaret, ipse, tanquam alter Helias, praecedebat equum tanta alacritate et cursus uelocitate, ut Pater eques uix sequi posset. Ego ex Laynez.—r ex L.

21. Cum Pater quidam ^a ex primis molestissima tentatione et periculosissima laboraret et non multum abesset ab extremo exitio, tribus continuis diebus et noctibus ieiunans pro eo et orans, hominem in Societate seruauit anno 1541 ^a. Ex P. Laynez Venetiis anno 48 et postea 54.—rex L.

22. Quadam nocte in lecto, cum dormiret, diabolus (ut creditur) eum uoluit suffocare. Visum est enim sibi uidere uel hominem uel daemonem fauces stringentem et guttur praefocantem; ipse autem tanto conatu, Jesus! clamauit, ut multis diebus ita raucus esset, ut uix loqui posset ^b. Ego raucum uidi, et hoc audiui anno, ni fallor, 4^r ^c.—r.

23. Aegrotabat Pater Simon Bassani, quod oppidum est 20 milibus passuum a Vincentia (ubi itidem Pater Ignatius febre afflictabatur) distans. Cum autem Simonis morbus inualesceret et mortem homini minaretur, nuntium ea de re Pater noster accepit, et e uestigio, ut erat febre correptus, pedibus una cum Patre Fabro in iter Bassanum uersus se dedit. Cum autem profisciscerentur, e uia paululum deflexit et pro Patre Simone Dominum orauit; ex oratione porro surgens, Patri Fabro dixit: non será nada lo de Simón, uel: non morietur hac uice; et tandem cum ad eum in lecto iacentem et aegre laborantem peruenisset, complexus hominem: nihil est, inquit, quod timeas, Simon: surge; et ita conualuit. Ego ex Patre Laynez Venetiis anno 48,

^a In margine manu P. Ribadeneirae: Quién sea éste, V. R. lo sabrá. Quae quidem uerba cum ex parte, absciso folio, exciderint, ea iterum scripsit in aduersa ora Natalis; sed iterum ipse Natalis, ut uidetur, transuerso calamo deleuit. —^a Sequentia uerba usque ad finem paragraphi cancellata sunt. —^b Quae sequuntur usque ad finem paragraphi oblitterata sunt. —^c Sequentes paragraphi 23, 24 et 25 cancellati sunt.

et postea de Patre Ignatio Romae 53. Pater autem Simon et agnoscit et praedicat hoc beneficium.

24. Quidam (nomen non satis memini), cui Pater exercitia spiritualia dederat, uel certe quem Christo lucrifacere cupiebat, Lutetia euaserat et se Ruanum contulerat, ubi in morbum incidit; quod cum audisset Pater Ignatius, qui Lutetiae Parisiorum erat, mox iter pedibus Ruanum uersus corripuit; et nihil omnino in uia gustans, sed pro eo orans, secundo aut 3.^o die Ruanum uenit, et sanum hominem, quem quaerebat, inuenit. Distat autem Ruanum a Lutetia 30 leucis gallicis. Ipse Olauio; ego ex Olauio 53, et ex Patre Laynez 54.

25. Dicebat se inter alias cogitationes aliquando hanc suscepisse: An aliquid tam nouum uel inauditum uel triste et peracerrimum posset accidere, quod se molestia afficeret, et animi tranquillitatem perturbaret. Et cum omnia mente animoque lustrasset, nihil se reperisse praeter illud unum, si quis summus pontifex Societatem nostram dissolueret, et non esse religionem iuberet: sed tamen, si hoc eueniret, se post quartam horae partem cum orasset, totam illam animi molestiam, quam animo concepisset, depositurum et ad pristinam omnino pacem et serenitatem rediturum. In hanc autem cogitationem ex eo incidit, quod medicus Patrem male affectum monuerat, ne se angoribus daret, neue tristioribus rebus occuparetur, propterea quod ad curandam ualeitudinem plurimum ei detrimentum afferrent. Patri Olauio et Patri Polanco dixit: ex illis, anno 53.

26. In cubiculo solus cum oraret, ecce tibi ianitor, ostium cubiculi pulsans, Patrem importune interpellat; tacet Pater; ille iterum atque iterum pulsat; tandem, ostio aperto: quid, inquit, uis? Tunc ille: en tibi, Pater, litterae a quodam redditae, quas a patria tua dicit esse allatas; et simul fasciculum Patri offert litterarum, quem Pater statim in ignem, in cubiculo propter hyemis asperitatem accensum, coniici iubet; et, ostio iterum clauso, ad orationem reuertitur ^d. Ego domi anno 41.—r.

27. In Gallia Cisalpina (quam Lombardiam uocant) cum

^d Quae sequuntur usque ad finem paragraphi 27 cancellata sunt.

nudis pedibus et uilissimo amictu uix pectore et uentre tectus iter faceret, et saeuissimo inter Hispaniae et Galliae reges bello arderent omnia, admonitus est ne transiret per locum quemdam, ubi hostium exercitus consederat, ne ab eis interceptus poenas acerbissimas daret, quas multi antea dederant; ipse uero, cruce et firma in Deum fidutia munitus, iter suum ire perrexit. Progressus autem aliquantulum, in militum gallorum partem uenit, qui, exploratorem ex habitu et specie rati, primo quidem uerbis mulcent, promissis lactant, cibo etiam reficiunt, et mensa appa-
rata excipiunt hominem, ut uino forte grauatum adorirentur, et minori negotio expiscarentur ab ebrio, quod a sobrio difficile extorquere potuissent. Ille interim modeste et frugaliter epulis ap-
positis, ad naturam necessariis leuandam utitur, non ad obruendam superuacuis. Recreatum coena, ad supremum militum imperatorem ducunt, et tanquam feram, casibus et indagine captam, illum in medio exponunt. Quaerit dux ex illo patriam; ille uero tacet. Vnde ueniat interrogat; silet. Nomen sciscitatur; ob-
mutescit. Denique ad interrogationes uarias multiplicesque, fixis in terram oculis, anima in coelum, immobilis perseverat. Ad unam illam: esne explorator? tantum inquit: non sum; ne iustam iniu-
riae causam dedisse uideretur. Tum imperator, ira percitus et furore plenus, milites grauissimis uerbis corripere, stultitiam ac-
cusare, quod insanum hominem et mente emotum ad se coram adduxissent; et simul praecipere ut eum e medio tollant et detur-
bent. Milites uero tum ob ducis increpationem, tum quod opera et oleum sibi periisset, frendunt, et insania succensi pugnos im-
pingunt, calcibus tundunt, contumeliis afficiunt, et conuitiis, maledictis, omni rerum genere insequuntur, impellunt, pertru-
dunt, urgent et in malam crucem abire iubent. Credo ego me ex ipsomet Patre audiuisse, mirabilem se id temporis consolati-
onem animo concepisse, cum eius dedecoris et contumeliae ue-
niret in mentem, quam Christus saluator noster, coram Herode praesens adens, a militibus pertulit.

28. Cum de quodam religionis desertore et fugitio milite *

* Prius scriptum fuerat: desertore et fugitio milite. Postea ultima tria uerba deleta sunt. Quisnam autem hic desertor fuerit, in margine ab

ego et Pater uerba faceremus, isque fratrem haberet in Societate insignem sanctitate et eruditione uirum, quique de Societate tam bene esset meritus quam qui maxime, rogabam ego Patrem, numquid illum a religione abeuntem pecunia uel re aliqua iuuare expediret, non eius qui discederet, sed fratris merito; ad haec Pater: si rerum omnium essem dominus totiusque mundi auro abundarem, ne obolum quidem huiusmodi profugis, et a religione, cui semel se deuouerunt, discedentibus darem. Anno 53 ¹⁰.—r.

29. Die lunae, magnae sacraeque hebdomadis, quo die feriae ^f Sti. Joseph celebrabantur, narrabat Pater se ad eius aedem indulgentiarum gratia diuertisse, musicamque in ea audiuisset, seque ea fuisse mirifice recreatum, et adiecit: si gustum meum et animi propensionem sequerer, ego chorum cantumque in Societate instituerem; sed non faciam, quoniam intelligo non esse Dei uoluntatem, neque institutum huc nostrum nos, sed alio uocat. Anno 1554.—r.

30. Agebamus de carcere instituendo domi et compedibus coercendis iis, qui uel fugam ex religione adornarent, uel in ea nimium essent pertinaces, et fraeni disciplinaeque impatientes: saepe enim subita aliqua tentatione commouentur aliqui, qui, si tunc comprimantur, resident et ad pristinam mentis constantiam redeunt; sin autem nullo metu coërceantur, efferuescit [tentatio] et libera in extremam perniciem erumpit. Itaque cum hac de re

eodem Ribadeneira, ni fallimur, hisce verbis indicatur. De Xpoual. Laynez; quae dein cancellata fuere. —^f Hoc uerbum feriae, in margine a Ribadeneira additum uidetur. Cum autem, charta recisa, fere disparuisset, ibidem a Natali restitutum fuit.

¹⁰ Quoniam Christophori Laintii, Jacobi fratris (quem sacerdotem in Societate factum esse anno 1556 tradit POLANCUS, *Chron.*, VI, 276), incidit mentio, scienda sunt quae SACCHINUS, *Historia S. J. P.* II, lib. III, n. 12, memoriae prodidit, agens de cura, quam Jacobus Lainius, universae Societatis jam praepositus, gerebat instituta nostra inuiolata seruandi: «Christophorum Lainium ex ea suum germanum fratrem eiecit, quod ille (nihil enim ultra scribit ad Borgiam) id mereretur. Hunc deinde regredi cupientem ad optimi fratris memoriam primum Borgia ipse jam Praepositus, iterumque dimissum rursus Claudius Aquaiua Generalis recepit, et ad ultimum quiete ac religiose perseuerantem bona mors abstulit.»

colloqueremur ego et Pater, dixit mihi: si ratio tantum habenda esset, Petre, Dei, et non etiam hominum propter Deum, ego statim carcerem et uincula in Societate instituerem; sed hoc quidem tempore non conuenit. Anno 53.—r.

31. Dixit, me praesente et multis audientibus, se non posse suo quidem iudicio uiuere absque consolatione, id est, nisi aliquid in se deprehenderet, quod neque suum esset, neque uero esse posset, sed penitus a Deo penderet. 1554.—r.

32. Anno 1550, quo anno plaerique omnes praecipui Societatis Patres Romam a Patre euocati conuenerant, ipse Pater in morbum grauissimum et periculosum incidit; qui cum inualesceret et medicorum sententia esset letalis, Pater id intelligens, et mortem se cum uita commutaturum sperans, ita laetitia perfundebatur, ut, de sui liberatione cogitans, nihil nisi ubertim fletet, tanta uilachrymarum non ex dolore, sed ex animi exultatione profluentium, ut medicorum iussu, hoc illi religioni uertentium, cogeretur animum ab illa mortis cogitatione auocare et alio diuertere; conficiebatur enim lacrymis, et natura pro desiderio euolandi ad Christum debilitata languebat; sed Dominus noster misertus eum in uita reliquit, quia adhuc populo Dei erat necessarius, etiamsi cuperet absolui et esse cum Christo. Ego ex ipso 7 Aprilis 1554.—r.

33. Perlectis sanctorum multorum uitae, dixit Patri Laynez se (nisi alia maiora, quam quae scripta erant, in eorum uita continerentur) non facile, quae senserat de Deo et gustauerat, cum eis permutaturum, tametsi non auderet se minimo sanctorum arroganter praeferre, uel temerarie comparare. Ego ex Laynez 1554.

34. In principio suae ad Deum conuersionis uehementissime, et supra quam dici potest molestissime, scrupulis afflictabatur, ita ut nullam menti pacem inueniret, neque in orationibus, uigiliis, asperitatibus conquiesceret; semper anxius, semper sollicitus fluctuabat; et quoniam Deum offendere formidabat, Deum se offendisse saepissime, cum non offenderat, credebat. Accedebat

ad sacratissimam eucharistiam; et cum ori admoueretur panis uiuificus, conscientiae terrore subito exanimatus surgebat, et se suspiriis, gemitibus lacrymisque penitus dabat. Occurrebat quidem Patri unum illud praesentissimum remedium, si pater spiritalis, cui conscientiam suam aperiebat, eum tranquillo pacatoque animo esse iuberet, et in se omnia Patris crimina reciperet: hac una in re se posse acquiescere sperabat et exagitationem illam et carnificinam mentis deponere; sed tamen id patri suo spiritali proponere non audebat, ne a se ortum remedium morbum non tolleret, sed augeret. Omni itaque solatio destitutus, Deum precibus et ieiuniis pulsare statuit, et non prius a corporis maceratione desistere, quam clementissimus Dominus spiritui requiem tribueret: quare integra hebdomada, hoc est septem solidorum dierum intercapedine, ita fuit sobrius, ut nihil omnino gustaret, et nihilominus consueta orationum et disciplinarum exercitia non omitteret; solebat enim eo tempore septem integras horas in oratione et meditatione genibus prouolutus quotidie ponere, et se aliquoties in die uerberum castigatione domare; quod cum die dominico proximo confessario, ex more conscientiam suam aperiens, explicuisset, admirabundus ille et magnitudine rei attonitus Patrem cibum capere iubet, et misericordiam tranquillitatemque a Domino expectare, quam postea consequutus est; et tantam spirituum discretionem et scrupulosarum mentium sanandarum gratiam a Deo obtinuit, ut qui hac aegritudine affectus medicinam ^h a Patre non inueniret, de se actum putaret. Ex Laynez 54.—L.

35. Ad decem primos Patres, qui Societatem nostram instituerunt, Venetiis, cum professionem pararent Hierosolymam, se adiunxit bonus quidam uir et doctus ¹¹; hic postea eo tempore obiit diem suum, quo tempore Pater noster Ignatius, apud Montem Cassinum agens, exercitia spiritualia doctori Ortizio tradebat. Cum autem die quadam oppidum transiret, uidit coelo:

^h Medicam prius; dein Natalis manu in uno margine, in altero ignota manu scriptum est: medicinam.

¹¹ Didacus Hozius (Hoces)

apertos et lucem magnam circumfusam; postea uero rei sacrae dans operam, cum ad illa uerba in generali confessione peruenisset, «et omnibus sanctis», uisus est sibi uidere confertam stipatamque sanctorum turbam, inter quos aderat et licentius ille, qui Patauii de uita excesserat, splendidiore habitu et illustriore gloria quam alii, tametsi in corde Patris fixum sederet non esse propterea illum uel Petro uel Paulo uel aliis sanctis beatorem, sed quod Deus praecipua illa et praestantiore forma uolebat Patri claritatem et beatitudinem illius ostendere. Ex Laynez 1560.—L.

36. In Hispania, antequam Lutetiam Parisiorum se conferret, animum ad studia litterarum appulit, et ut bona iaceret grammatices fundamenta, ludimagistri cuiusdam ¹² scholam frequentabat: sed cum esset aetate iam prouectior, et, quod maioris erat momenti, in spiritualibus diuinisque rebus apprime exercitatus, et puerili illa molestissimaque rudimentorum deuotione, et quasi nugarum inanumque rerum concoctione minime eius animus conquiesceret, sed uel tenuitate rerum et subtilitate excrucietur, uel certe ab intenta coelestium contemplatione, ad quam toto pectore aspirabat, importune abduceretur, ut dolosum daemonis, se hoc obtentu a studiis auocantis, consilium eluderet, et impios conatus frangeret sibiue uim faceret, ludimagistrum ad templum ut ueniat rogat; uenienti se ad pedes abiicit, daemonis tentationem narrat, se ad tres uel quatuor annos proxime subsequentes nunquam abfuturum lectionibus (panis modo et aqua ei suppeteret) uoto se obstringit, et simul a praeceptore etiam atque etiam petit ut se pro puero habeat, uerberibus excipiat, sicubi minus diligentem uel cautum in studiis deprehenderit. Atque hac eius animi contentione diaboli fraus repulsa est, et pax Patri diuinitus reddita. Quod itidem Lutetiae fecit, cum animum ab studiis alieniorem sentiret, et magis oratione quam lectione delectari; sed repetita deuotio et concepta religio perfectam obtinuit de hoste uictoriam, et, rebus compositis, triumphum reportauit. Ille ipse mihi, ad studia (quae ego stomachabar) suo exemplo incitans. 53.

¹² Erat hic Hieronymus Ardebalus.

37. Cum Romae magna annonae caritas populum premeret, et propter armorum ardorem interclusi commeatus famem minarentur, quo tempore Paulus iiij summum pontificatum gerebat, anno 1555, 16 Septembris, iussit Pater in collegio romano de cibo detrahere et dimidiatum obsonium fratribus dari; atque cum eodem, ni fallor, die Pater Polancus ne denarium quidem, neque mutuo ab amicis, neque foenori a mercatoribus, neque ulla ratione alia inuenire potuisset, quo obligatam creditoribus et oper[ari]is fidem suam liberaret, maxima animi aequitate rem ad Patrem retulit. Ille uero, ubi se in cubiculum abdidisset et preces Deo fudisset, Patribus Laynez, Polanco, Madridio ad se accersitis, rem, quam a Patre Polanco acceperat, exponit et simul ait: Non dico me prophetam esse aut diuina reuelatione illustratum, ut quae dicam necesse uentura putetis; sed tamen hoc affirmo, animo meo esse certissimum constitutissimumque, intra annum collegio nostro ita prouisum fore, ut nos praesenti molestia simus liberi; neque minorem nunc habeo spem, imo uero longe maiorem, de Dei erga nos prouidentia, quam cum uiuens Julius iiij reseruam nobis promisit, aut cum Marcellus 2.^{us} sua in nos eximia beneuolentia omnia a se sperare iubebat. Tu, Polance, sex proximis mensibus collegium nostrum alendum cura; illis elapsis, te securum esse iubeo, ego enim alam. Mira res! eodem die, qui tamen iam in occasum uergebat et praecipitabat, diuinitus pecunia missa est domum duobus e locis, qua praesenti necessitat prospiceretur. Profectus sum ego mense Octobris in Flandriam, et mense Martio proxime sequenti, cum sex mensium spatium aut affluxisse iam aut appetere uideretur, ad dominum Olauium scripsi ut me de rei exitu faceret certiores. Quae ille tum, Deus bone, ad me rescripsit, quam stupenda et Deo digna! Pridie eius diei, quam a me litteras accepisset, non minimam pecuniae summam Romam pro eleemosina uenisse, maiorem quotidie expectari, aes alienum magna ex parte dissolutum, Patrem Polancum ex angustiis exiisse et solutioris animo esse, res omnes fluere et supra opinionem omnium, quam unquam antea, copiosius abundare. Litteras Olauii intercidisce doleo, alioquin hic insererem.

38. Agebatur de obedientia, quam superioribus nostris ex-

hibere, et potissimum Christi in terris vicario debemus omnes, et Pater, ut suo nos ad tam excellentis uirtutis studium exemplo inflammaret: si mihi, inquit, summus pontifex praeciperet ut Ostiam peterem, et scapha uel nauicula, quam primam offendissem, conscensa, uelis remisque et gubernaculis nudata, aliquo nauigarem; etsi me aliis praeponere non audeo, tanta tamen animi tranquillitate, tam certa et secunda constantia iussa capesserem, ac si mihi fuisset coelitus [revelatum] aut mandatum diuinitus. Egomet ex ipso 6 uel 8 Septembris 1555; idemque biennio antea dixerat cardinali Pacheco ¹⁵, Neapolim profecturo 1553.—r.

39. Tanta tamque affluentis benedictionis diuinae copia eius anima abundabat, tam paratam et ueluti in numerato consolationis et uisitationis coelestis gratiam habebat, ut diceret se, si decies quotidie et pluries Deum uellet supernaturaliter inuenire, facile posse Dei munere; sed tamen se propter nocumentum, quod corpori ex illa uisitatione diuina inferebatur, abstinere solitum, et semel tantum in die os fonti inexhausto admouere; sic enim corpus non nimium debilitabatur; et spiritus, non quidem quantum desiderabat, sed quantum hoc uehementer occupato et morbis fracto satis erat, reficiebatur ¹. Ille Patri Laynez; hic mihi 16 Augusti 1555.—L.

40. Nec sane mirum est illum tam larga a Deo donatum manu, qui tam strenue et gnauiter Deum diligebat et tanta animi contentione ad perfectionem aspirabat, ut ^j quotidie se diligentissime excuteret ^k, et praesentem diem cum hesterno et profectum cum profectu compararet ^l, ut uideret quantumnam in spiritus feruore in diem proficeret, et quanta perfectionis fieret accessio, et (quae mira est Dei benignitas) semper se longius progressum et ardentioribus studiis inflammatum reperiabat, ut statum illum suum Manresae habitum, ubi mirabiliter a Deo fuit

ⁱ *Sequentia verba, usque ad finem paragraphi, oblitterata sunt, et eorum loco scripsit Ribadeneira: Ipse mihi.* — ^j *Quae praecedunt ab initio paragraphi cancellata sunt.* — ^k *excutebat, Natalis.* — ^l *comparabat, Natalis.*

¹⁵ Petrus Pachecus futurus erat neapolitanorum prorex in locum Petri de Toletis, vita functi.

illustratus, quamque suam primitiuam ecclesiam studiorum tempore solitus erat appellare, extrema iam aetate Romae agens, prima fuisse rudimenta et sui nouitiatus tyrocinia dicere non dubitauerit, longeque aliam esse eorum animo suo formam impressam, quam ipse antea adumbrauerat et ueluti inchoauerat. Ipsemet ^m Patri Laynez; ego ex Patre Laynez aliquoties audiui ⁿ. — L.

41. Hoc unum ego affirmare ausim, tam delicatam illius fuisse conscientiam, tam subtiliter, tam religiose et exquisite uel minimam cuiusque peccati suspicionem piam eius animam extimuisse, ut saepissime num culpa ulla in ea re haereret, in qua nulla omnino esse uidebatur, diligentissime conquireret, uel de tenuissima cogitatione, uel de leuissimo mentis assensu, uel de rebus id genus minutissimis, quae nobis non primo solum aspectu, sed etiam introsipientibus, nullum cum uitio commertium, nullam societatem habere uidebantur. Audiui ego ex Patre a se confessarium accersitum, ut unam tantum culpam confiteretur: ea erat, quod defectum cuiusdam Patris tribus aliis Patribus aperuisset, cum duo ad remedium adhibendum et uulnera curanda suffecissent; quae tamen et multa erant, et tertio illi Patri non ignota, neque ex uno illo publicato peiorem de homine estimationem suscipere potuisset. Anno 1554.

42. Hanc etiam semper consuetudinem habuit, ut horis singulis conscientiam suam examinaret, et qua ratione hora illa lapsa fuisset diligentissima peruestigatione ^o discuteret. Quod si forte finita hora aliquod negotium intercederet maioris momenti, uel occupatio aliqua tanta, quae pio exercitio impedimentum afferbat, examinationem quidem differebat, sed uel primo quoque tempore, uel hora sequenti interpositam moram compensabat. Itaque semel Patrem quemdam ex nostris B. Pater forte obuium sciscitatus est quoties eo die conscientiae suae examinationem fecisset; cum ille septies, ni fallor, respondisset, tum Pater: heu,

^m P. Ribadeneira certe scripserat ipsemet: at postea, vel ipse vel alius, quod discernere non valuimus, ita emendauit: Ipse mihi, caeteris quae sequuntur etiam cancellatis. — ⁿ Paragraphi 41-43 oblitterati fuere. — ^o Ribadeneira combendiose peruest.^e scripsit; dein in margine: peruestigatione; postremo Natalis in altero margine, deleta illa uoce, scripsit: peruestigatione.

tam raro? cum tamen bona diei adhuc pars superesset. Ex quo conicere licet quam sedulus et assiduus Pater fuerit in hoc examine, quamque frequenter rationem cum conscientia subduceret. Quod ad nostrum omnium exemplum dictum sit etc.

43. Cum lacrymarum ui maxima abundaret, et consolationem illae eximiam spiritui et debilitatem corpori afferrent (aliquando namque prope orbatus oculis est lacrymarum fluxu), et spiritus suauitatem corporis sanitati praeferret, timeretque ne, si lacrymas cohiberet, tanta illa ac tam affluens diuinae consolationis dulcedo minueretur, tandem, ratione et consilio medicorum uictus, sibi a lacrymis temperauit, easque quasi habenis regebat, ut cum uellet prae deuotione fleret, cum nollet, abstineret. Sed tamen tanta postea subsequuta est consolationis diuinae abundantia, ut oculorum ariditas influentem gratiam non reprimeret, sed magis augeret.

44. Quid ego de ardentissima eius in proximos charitate dicam? quanta animarum Christo lucrificandarum siti aestuabat, ut nullum intentatum lapidem relinquebat, ut peccatores ad meliorem frugem conuersos Deo redderet! Memini ego illum, quo tempore domus Stae. Marthae Romae instituta est, cum nobiles aliquot meretrices e turpi quaestu emergerent et ad salutarem quaestum et pias lacrymas se reciperent, per uicos publicos eas comitari solitum, non quidem gregatim, sed modo hanc, modo illam. Itaque pulcherrimum erat sane spectaculum uidere sanctum senem, quasi anteambulonem, praeuientem iuuenem et formosam et uagam mulierculam, ut e crudelissimi tyranni faucibus eriperet, et in Christi manibus collocaret. Conitabatur autem illas uel in coenobium nuper extructum, uel in principis foeminae alicuius domum, in qua paulatim cicurarentur, et ad uirtutis studium, exemplo et consilio aliarum incitatae, assuefierent. Qua in re maxime emicuit sanctissimae atque illustrissimae foeminae Leonoris Osoriae, Joannis Vegae, tunc Caroli Quinti Romanorum imperatoris apud summum pontificem legati, uxoris et pia charitas et feruens animarum zelus. Cum autem quidam dicerent huiusmodi mulierculas, inueteratas iam et in omni uitiorum sorde confirmatas, facile in pristinam uitam relabi, et tamquam canes ad uo-

mitum redire, pro eoque non esse tam anxiam de earum conuersione curam suscipiendam: minime, inquit Pater, sane; sed ego quidem, si omnibus laboribus et curis possem uni persuadere ut uel una tantum nocte a peccato abstineret propter dominum meum Jesum Christum, nihil omnino omitterem, ut saltem illo tempore Deum non offenderet, etiam si scirem postea e uestigio ad pristinam consuetudinem redituram.—R.

45. Eodem spectat quod ex eodem Patre memini me audisse, cum de proximorum aedificatione et salute uerba faceremus. Dicebat enim se quidem, si ad animarum salutem pertineret, paratissimum esse nudis pedibus incedere, carnibus onustum ¹⁴ per plateas deambulare, nullum denique recusare habitum, nullum detrectare ignominiosum et ridiculum uestimenti uel gestus genus ^p, quod certe uel minimum utilitatis genus hominibus posset afferre. Quam charitatem etiam in aliorum animis insitam esse atque plantatam Pater noster desiderabat. Quocirca cum 26 Februarii anni 1555 ^q quidam infirmus morti propinquus domum nostram ad accersendum confessarium misisset, isque cum uenisset uita defunctum hominem reperiisset, quod in uia aliquam moram contraxisset, incredibilem Pater ex ea re dolorem accepit, et omnes sacerdotes conuenire iussit et inter se conferre, quanam ratio iniri posset, ut ^r in posterum simile aliquid non accideret, sed e uestigio sacerdos hominem se uocantem subsequeretur. Adiecit autem Pater ut uiderent, num expediret, cum hominis postulatio ianitori significaretur, ut ille quam primum campanam eo modo pulsaret, ut omnes confessarii intelligerent ad tale negotium se uocari, et ad ianuam repente accederent omnes, ut eorum aliquis ^s in extremis laborantem adiret.—R.

46. Et quoniam de noua Stae. Marthae (quam uocant) domo Romae instituta mentionem fecimus, non erit abs re pauca quaedam de modo, quo primum inchoata fuit atque erecta, dicere, ut

^p gens *ms.* —^q *Non clare discerni potest ultimus numerus; sed constat 5 esse debere.* —^r *Vt Natalis; prius scriptum fuisse existimamus et.* —^s *ad hominem addidit Natalis.*

¹⁴ Vide supra, pag. 127, annot. «g», ubi variae hujus loci lectiones exhibentur.

huius sanctissimi uiri tum charitas tum prudentia magis eluceat. Cum enim uideret permagnum esse Romae luparum gregem, quae ex prostituta pudicitia quaestum quaerent, ex quibus nonnullae tandem, Deo inspiratore et duce, cuperent aliquando se ex colluue illa et impurissima illa flagitiorum uoragine in portum salutis recipere, et ad has quidem et suscipiendas et alendas institutum esse Romae monasterium (quod Conuersarum uulgo appellatur), sed tamen ea lege ut se penitus totasque Deo in religione consecrarent; ac proinde iis, quae matrimonii uinculo iuntae sunt et, unitatis foedere abrupto, corpus diuidunt et uulgant, quarum bene magnus est numerus, nullum esse asylum, nullum perfugium, quo se tantisper conferrent dum, rebus compositis, in gratiam maritorum redirent; ac propterea esse per multas ex huiusmodi mulierculis, quae emergere quidem ex faucibus et explicare se ex labyrintho illo desiderarent, sed non statim tamen se asperitati poenitentiaeque perpetuae ad eluendas uitae exactae sordes dedere; curauit Pater ut locus aliquis institueretur communis, qui omnibus pateret, omnes amplecteretur.

Cum autem hoc tam pium opus plurimis principibus uiris et foeminis proposuisset, quorum opibus conficeretur, et omnes quidem se propensos ad iuuandum ostenderent, si quis esset qui primus lapidem mitteret, mallentque singuli sequi praeceuntes alios quam praeire sequentibus, et in hac concertatione multum temporis contritum esset; Pater, ut omnem diabolo inturbandi tam sanctum opus occasionem praecideret, hanc rationem exco-gitauit: ex area quadam nostra, quae ante ecclesiam nostram Romae est, P. Petrus Codatius eo quidem tempore, cuniculis subterraneis effossis, extrahi curauerat ingentes, lapides, ex romanis ruinis et insanis molium substructionibus terra obrutos et sepultos. Ii autem lapides extracti in platea illa iacebant. Tunc Pater Petro Codatio ait: vende lapides, Petre, atque ex iis summam centum aureorum mihi dato. Cum ille fecisset, Pater centum nummos aureos capiens: ego, inquit, opus incipio; en 100 aurei: si nemo est qui anteire uelit, me ducem sequatur. Subsequuti sunt reliqui; et ita Patris industria opus eximium et ualde salutare et inchoatum est et perfectum.—R.

47. Anno 1541, postquam praepositus generalis omnium Patrum consensu creatus est, ut reliquos suo excitaret exemplo, coepit in templo nostro doctrinam christianam docere, meque tunc puerum ita instituere, ut ante cuiusque lectionis initium, audita in aliis lectionibus, memoriter referrem. Conueniebant tamen plurimi ad audiendum Patrem, docti, indocti, uiri, foeminae, denique omnis generis non minima multitudo. In illis tum lectionibus duo eximia Patris exempla, humilitatis alterum, alterum sanctitatis extiterunt. Nam cum Pater non esset eloquens ab heri et nudius tertius, sed imperitus sermone, licet non scientia, idioma praesertim italicum non bene calleret, admonui ego, puer, sanctum senem ¹⁶ multa esse in eius sermone uitia, multa emendanda, quod magis hispanissaret quam italissaret. Bene, inquit; nota, obsecro, si quid occurreret, ut me commonefacias. Coepi itaque ego postridie eius diei obseruare diligenter inter legendum Patrem loquentem, et, ne exciderent, calamo excipere aut peregrina uerba, aut pronuntiationes ineptas, aut iis similia; cumque non unum aut alterum uerbum, sed totam locutionem mutandam animadverterem, laboris pertaesus et emendationis desperans, notare desii, Patrique renuntiaui quod acciderat. Tum Pater: «pues, Pedro, qué haremos á Dios?» Quod magis mirandum est, quod ego puer eram vix 14 annum agens.

Sed ut intelligamus, non in persuasibilibus humanae sapientiae uerbis, sed in spiritu Dei esse uirtutem, cum ita loqueretur ut dixi, et minimum studii, tum occupationibus multis irretitus, tum morbis fractus, in illis lectionibus poneret, et pia potius quam docta diceret, semper uel fere semper memini illum hoc fine suam orationem terminasse: «amar a Dio con todo el core, con toda l'anima, con toda la uoluntad»; quae quidem uerba tanta energia, tanta animi contentione et spiritus feruore pronuntiabat, ut eius facies ardere et flammis quodammodo diuini amoris iaculari uideretur. Sed, o mira diuini spiritus uirtus! illa tunc uerba, omni gladio ancipiti penetrabiliora, usque ad diuisionem animae et spiritus pertingebant, et audientium uiscera liquefaciebant, ita ut, lectione finita, se multi ad pedes confessoriorum

¹⁶ Agebat Ignatius annum quinquagesimum.

prouoluerent, et gemebundi et lacrymis perfusi et praepediti singultibus uix possent prae dolore peccata sua confiteri. Quod Pater Laynez, tunc quidem confessarium agens, nunc uero Societatis praepositum generalem, saepe mihi affirmauit.—R.

48. Anno 1549 euocatus sum ego iussu Patris, Patauio in Siciliam nauigaturus. Cum autem Romam uenissem, ibique aliquot dies ad recreandam ualeitudinem, ex recenti morbo afflictam, commorarer, quaesiuit ex me Pater quid de ordine domus, quid de rebus mihi uideretur, quae quidem essent post meum abitum aut mutatae aut denuo [†] institutae; cumque Patri, bene, dixissem; omnia mihi placent et, ut spero, quotidie in melius proficient; ad haec Pater: si biuimos diez años, Pedro, auemos da uer grandes cosas en la Compañía.—Si biuimos?—Si biuís uos, las ueréis, que yo non pienso biuir tanto. Haec ad uerbum: et Pater quidem uix postea 7 expleuit annos, quoniam obiit 1556 pridie calendas Augusti, et haec mihi dixit sub finem Septembris, uel Octobris initium, anni 1549. Sed ab illo tempore res Societatis mire auctae sunt et amplificatae, et intra decem illos annos, quos Pater praedixit ^u, innumera pene collegia toto orbe erecta sunt, et Christi nomen per Patres nostros etiam in Japonem, Chinam et brasilaeas regiones delatum est.—R.

49. Cum quidam Pater ex nostris non secundum spiritum ambularet, sed a recta obedientiae ratione deflecteret, neque, admonitus a Patre Ignatio, neque repraehensus, se agnosceret, essetque quodam die Barchinonae uisendis atque adorandis sanctorum quibusdam reliquiis occupatus, uultum in ipsa reliquiarum ostensione ueluti hominis uidit trucem aspectuque minacem, et flagella intentantem, et extrema de homine, ni resipisceret, supplicia se sumpturum pollicentem. 24 Februarii 1554 ipse Patri.—R.

50. Huic affine est illud, quod, cum Pater noster toties modestia affectus, toties appetitus ab hoc Patre, lacrymas uberri-
mas funderet, atque Deum oraret ut illi ignosceret, nihil amplius ex oratione retulit quam: Dimitte me, ego enim ex eo uindictam

[†] *Natalis, cancellato denuo, scripsit: recens. —^u Quae sequuntur usque ad finem paragraphi cancellata sunt.*

sumam: déxame, que yo me uengaré dél. Hanc autem Patris orationem comminatio illa, et flagellorum ostensio, aliquot postea mensibus est subsequuta. Egomet ex ipso Patre nostro 29 Aprilis 1553.—R.

51. Marcellus Cœruinus S. R. E. cardinalis Sanctae Crucis, qui, postea summus pontifex creatus, Marcellus II dictus est, uir praestanti prudentia et acerrimo iudicio, et insigni in nostram Societatem beneuolentia, magnam cum Patre Dre. Olauio familiaritatem habuit. Ille cum de rebus uariis mutuo colloquerentur, incidit sermo de Societatis nostrae instituto, quo cauetur ne nostri dignitatem uel episcopatum aliquem, nisi iussu eius suscipiant, qui ad peccatum obligare possit; cumque hoc institutum tanquam minus ecclesiae Dei salutare pontifex ^v rationibus impugnaret, Pater Olauius tanquam Societati necessarium et maxime conducibile defenderet, tandem, multis verbis ultro citroque habitis, cum rationibus, a Dre. Olauio in medium allatis, pontifex ^x non acquiesceret: Si rationes, inquit Olauius, non iuuant aduersum te, nobis saltem sit satis quod Patrem nostrum Ignatium ita sentire uideamus. Tum cardinalis: nunc cedo, Olauii; nam etsi rationes meae mihi uidentur probabiliores, vincit tamen me Patris Ignatii autoritas. Verisimile est enim illi, qui tam feliciter hanc Societatem plantauit, et tot annos, tam longe lateque diffusam, sanctissime ac sapientissime rexit, Deum reuelasse qua ratione, quod per illum instituit, conseruari et augeri uelit.—R.

52. Ad stabiliendum patauinum collegium, et possessionem prioratus Stae. Mariae Magdalenae a veneto senatu impetrandam, missus est anno Domini 1548 Pater Laynez Venetias a Patre Ignatio; cumque permultae emergerent difficultates, et Joannes Lipomanus, uir patritius et autoritate et opibus inter suos praestans, magnum nobis negotium facesseret, scripsit Pater Laynez ad Patrem nostrum quo in statu res essent, ab eoque per litteras petiit ut missam pro hoc negotio faceret, quo Deus omnia illa impedimenta sua uirtute perrumperet. Fecit Pater noster quod rogabat, et die Assumptionis uel Natiuitatis (non

^v Natalis, deletio pontifex, scripsit cardinalis; sed casu illa emendatio oblitterata est. —^x Natalis, iterum cancellato pontifex, scripsit cardinalis.

enim satis memini) beatae Mariae ¹⁶ sacrum fecit, Laynezque re-
scripsit: feci quod petiisti; esto bono pacatoque animo ac rem-
factam habe, quoniam citra ullam dubitationem breui ex senten-
tia conficietur. M[ir]um ¹⁷ dictu: in octaua ipsius festi, quo missa
celebrata est, negotium ita ex uoto successit, ut maiori foelici-
tate et applausu confici non potuisse uideatur. Supra spem certe
res cessit; cum enim 260 in senatu essent suffragia colligenda,
244 nobis, 3 illi fauerunt ¹⁷, reliqua dubia fuerunt. Itaque tanto
animorum consensu res tota perfecta est, ut omnibus admirationi
esset, dicentibus se nunquam tantam senatus consensionem ui-
disse. Atque ut non hominum industria, sed Dei hoc factum uo-
luntate credamus, quo die res ad senatum relata est, amici quidam
nostri et primariae inter patritios authoritatis uiri, qui nostras
partes tuebantur, in senatu[m] eo ipso die, aliis distenti negotiis,
non uenerunt, ut ab illis nudi, a Deo armati, Deo, non illis, ui-
ctoriam tribueremus. Adde quod aduersarius nobilis, diues, ho-
noratus, amicis opulentus erat; nos peregrini, pauperculi, et,
quod maxime erat odiosum, hispani omnes eramus, qui rem tra-
ctabamus, etc.—R.

53. Anno 1546, kalendis Augusti, Pater magister Petrus
Faber Romae * diem suum obiit foelicissime; cum uero nonnulli
ex nostris tanti Patris obitu moererent, cuius uita plurimum con-
tulisse Societati, plura adhuc conferre posse uideretur, Pater
noster Ignatius: nihil est, inquit, quod doleamus; dabit enim
Dominus pro Fabro alterum, qui res Societatis multo magis quam
Faber augeat et illustret. Atque ita quidem certe factum est; dux

¹⁷ *Haec vox, quae, charta uttrita, ex parte evanuit, a Natali in mar-
gine restituta est. — In margine, ad initium hujus paragraphi, haec
Ribadeneira, quae, ex parte cum charta recisa, in altero margine restituit
Natalis: Así lo e entendido; pero porque io no estaua en Roma entonces,
no lo se [Natalis «scē»] de cierto.*

¹⁶ Ex Ignatii litteris ad Lainium datis, suo tempore a nobis prelo sub-
mittendis, constat die nascenti Deiparae sacro divinam hostiam Deo Igna-
tium litasse. *Cartas*, II, 136.

¹⁷ Mendosa lectio: hanc corrige ex POLANCO, *Chron.*, I, 273, ubi dicitur
suffragia pro Societate fuisse 143, contra ipsam vero, tantummodo duo. Hoc
ipsum scribit Lainius S. Ignatio 22 Septembris 1548.

enim Gandiae D. Franciscus Borgia, cum mortem Fabri accepisset, ad Patrem Ignatium statim scripsit, ut nullum alium in professorum numerum cooptaret, antequam ipse in Patris Fabri locum subiisset; se enim statuisset nuntium mundo remittere et Christum nudum nudum in Societate sequi ¹⁸. Quantum uero incrementi insignis sanctitate magis quam nobilitate huius uiri exemplo et cura res Societatis acceperint, quis est qui ignoret? cum tot collegia eius opera instituta et fundata, tot a[do]lescentes ^a eximia indole, tot senes matura grauitate, tot uiro[s] ^b uel doctrina uel nobilitate clarissimos ^c, eius exemplo commotos, in Societate uideamus? ^d.—R.

54. Addam illud, quod Lutetiae Parisiorum accidisse intellexi. Erat in ea ciuitate uir, nefario cum pellice amore conglutinat, a quo cum Pater hominem neque precibus, neque consiliis, neque minis coelestis iudicii posset diuellere, quodam die, ubi rescuiit illum extra oppidum iturum, in lacum frigidissimum uiae, qua transiturus erat, adiacentem, sese coniecit, corpore

^a Haec vox ex parte, charta consumpta, euasit, et a Natali redintegrata est. —^b Idem intellige ac in praeced. nota. —^c claros Natalis. —^d Sequens paragraphus est cancellatus, et ad illius finem haec scripsit in margine Ribudeneira, et partim sublata restituit Natalis: De Baptista Ribera lo e sabido [Natalis «scabido»] el qual [Natalis «che»] dice que Peralta lo cuenta.

¹⁸ Ista verborum comprehensio: «dux enim Gandiae... cum mortem Fabri accepisset, ad Patrem Ignatium statim scripsit ut nullum alium in professorum numerum cooptaret, antequam ipse in Patris Fabri locum subiisset», etc., non satis accurate dici uidetur. Nos quidem Borgiae litteras, quibus propositum testabatur suum, haud uidimus: illud uero ex Polanco scimus, quem Orlandinus sequitur, Borgiam ante Fabri obitum (1 Augusti 1546) se ipsum Societati dedere jam serio cogitasse; quin immo cum Faber, ex Hispania discedens Romam versus, Gandiam 2 Maji 1546 diuertisset ibique «duos dumtaxat integros dies» consumpisset (*Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro*, t. I, pag. 319); rem cum ipso contulit, atque suae mentis consilium «Ignatio per Fabrum... significauit ipse silentio, Societatem se pollicitus initurum, cum primum grauiora quaedam explicasset in sua ditione negotia». ORLANDINUS, VI, 76; Cf. POLANCO, *Chron.*, I, 187. Faber autem, quartana impeditus, Barcinone navigationem procrastinavit usque ad mensem Julium (*Sancti Ignatii... Epistolae*, I, 401); cum jam interea Borgia, peractis sub Ouido magistro spiritualibus exercitiis, votum ingrediendi Societatem nuncupauisset 2 Junii ejusdem anni 1546. ASTRAIN, *Historia*, t. I, lib. II, cap. 6, n. 5.

que gelidis aquis immerso, capite tantum extabat, et ad illum iam appropinquantem: perge, inquit, miser, perge ad tuas foetidissimas uoluptates. Impendentem capiti ruinam non uides? Ego hic tandiu pro te [me] macerabo, donec iustissimum Dei furorem in te paratum auertam. Exterritus homo, et incredibili Patris charitate attonitus, substitit, et pedem retulit, et familiaritatem illam scelere copulatam statim discidit etc.

55. Erat Pater, ut in necessarijs tribuendis suauis et benignus, ita in superua[ca]neis rescindendis rigidus et seuerus. Nam etiam initio, cum res Societatis tenuiores essent, nec sumptus abunde pro aegrotantibus suppetere, iussit Pater obsonatori domus ut bis quotidie, ante prandium et coenam, ad se ueniret et referret an omnia, quae infirmarius pro infirmis petisset, illi tribuisset; si uero pecunia deesset, distraheret lances quasdam, forte decem duodecimue, stagnaeas, quae ex eleemosyna datae domi reperiebantur, ut infirmorum necessitatibus subueniret; quod si illis consumptis necessitas adhuc urgeret, unum ex tribus lecti stragulis, scilicet ipsius Patris, procuratoris, id est Petri Codacii, et obsonatoris sorte eductum vel pignori opponeret uel uenderet; denique daret operam ut nulla in re necessaria morbo laborantibus deessent. Ex aduerso * uero, cum audiisset quendam ex nostris nouitiis sapone manus lauare solitum, mihi ad se accersito mandat ut diligentissime inuestigem unde ille saponem, quoties lauisset etc., et ut non acquiescam donec rem deprehensam et peruestigatam ad se e uestigio deferam, ut exemplum aliquod huius rei edat ^f. Alias etiam cum, inscio Patre, pilae palmariae lusus in usum conualescentium irrepsisset, et interdum, cum deambulandi gratia uineam peterent, lusitarent, et agitatione pilae corpus exercerent, ubi Pater rem rescuiuit, mihi commisit ut omnes pilas, quae quidem in collegio essent, unde quaque conquisitas, colligerem et igni statim traderem. .

Addam illud etiam, quod 8 Februarii 1555 accidisse comperimus. Ex collegio nostro romano quatuor scholastici, 7 ecclesias uisitaturi, commeatus aliquid secum ad laborem leuandum seque reficiendos attulerunt; est enim unius fere diei iter;

* Ex aduersum *ms.*; *Natalis*: contra. —^f aedat *ms.*

quod ubi Pater rescivit, poenitentia illos, et superiores qui consenserant, affici iussit, et regulam scribi, ne deinceps quisquam uiaticum, ecclesias lustraturus, adueheret, propter scandalum eorum, qui viderent oneratos cibo homines de Societate templa circumcursantes. Cum autem se rector collegii ¹⁹ excusaret, quod et nouus esset et talem consuetudinem inuenisset, Pater excusationem non admisit, dicens officium rectoris esse, si quid prae inolitum reperiisset, superiorem admonere; nam saepe ex paruis principiis magnae oriuntur perturbationes ^z et calamitates. Initio enim aliquando aliquid tenue et perexiguum conceditur, ad quod paulatim aliud adiicitur, et tandem ex minimis fiunt maxima progressu temporis, ac fit intolerabile quod principio tolerari poterat: sic in ipso Societatis exordio, dum nostri homines incogniti essent, tuto hoc fieri poterat, nunc autem non.—R.

56. Atque, ut quam seuerus fuerit Pater disciplinae custos, et religiosae obseruantiae rigidus exactor intelligamus, exemplum subiiciam memorabile. Cum quidam Pater, uocatus ad audiendam confessionem mulieris, sine comite (quod ^h statim non reperiisset) iuisset, isque esset in quem nulla suspitio, nullus sinister rumor posset cadere, sed egregia probitate et longa probatae uirtutis experientia conspicuus, ut tamen posteris esset exemplo, et in re grauissima nihil fluxu temporis, iniuria superiorum, de summa obseruatione relaxaretur, iubet Pater ut ille coram 8 sacerdotibus se flagellis caedat tantisper, dum singuli sacerdotes singulos psalmos se insequentes recitarent ⁱ. —R.

57. Huic affine est aliud exemplum, quod cum Pater D. Diego de Guia simpliciter admodum et feruenter de Patre nostro loqueretur, eumque miris laudibus in coelum ferret, et eius zelum et hyperbolicam locutionem nonnulli, qui uel non intelligebant, uel non probabant, aliorum interpretarentur, iussit Pater ut tribus diebus se flagellis uerberaret per spatium trium psalmorum singulis diebus, iis audientibus, qui offendebantur; utque

^z Quae sequuntur usque ad finem paragraphi cancellata sunt. —

^h Emendatum: prius quem. —ⁱ Sequens paragraphus cancellatus est.

¹⁹ P. Sebastianus Romaeus.

inter psalmum et psalmum illi diceretur: «hablar claro y no equiuocar en cosas scandalosas» etc.

58. Deambulabamus quadam die a coena ego et Pater noster Ignatius, qua hora etiam plurimi, sed a nobis dissiti atque seiuncti, alii alia deambulabant et confabulabantur. Cum ergo uariis de rebus spiritualibus colloqueremur, substitit Pater, et, presso gradu, cuidam ex fratribus: vide, ait, qui sint qui in illo spatio deambulent (erat autem spatium illud ita semotum, ut quid diceretur a nobis distincte percipi non posset); qui cum renuntiasset esse sacerdotem quendam ex nostris cum nouitio colloquentem, sacerdoti ad se accersito: quibus de rebus, inquit, cum nouitio loquebaris? At ille: incidimus, Pater, in sermonem de humilitate et mortificatione, et ego illi referebam, quae uel uideram ipse uel audieram in hoc genere de fratre Texeda ²⁰ (erat is uir ^j quidam magnae opinionis apud nonnullos), ut iuuenem ad similia exempla adhortarer. Ad haec Pater: an tibi desunt in Societate huius generis exempla, quae nouitiis proponas, et non aliena et ab externis hominibus petita? et simul grauissimis uerbis hominem corripit, et eius nomen ^k de cathalogo eorum, qui cum nouitiis loquendi facultatem habebant, deleri iubet, atque omnino cum novitiis colloquio penitus interdicat. Et haec quidem Pater. Ego uero tacitus apud me rem considerans, et ingenium illius sacerdotis non ignorans, magnopere sum admiratus tum Patris prouidentiam, qua substitit, et quibus de rebus sermonem miscerent scire uoluit, tum seueram castigationem ^l et utilissimum documentum, quo nimirum docere nos uoluit ut, cum apud omnes, tum maxime apud nouitios et in sua uocatione non satis robustos, ea omnia amputemus et rescindamus, quae, quantumuis spiritualia et sancta, aliena tamen sint ab illa uocatione, quam illi sunt amplexi; ne, ubi prodesse uolumus, nocumentum inferamus, et ancipites atque titubantes efficiamus eos, quos in sua uocatione stabilire et confirmare debeamus.—R.

^j monachus *Natalis*. — ^k *Natalis haec ita emendauit*: proponas, et simul eius Patris nomen. — ^l *Verba seueram castigationem cancellata sunt*.

²⁰ Fr. Joannes Texeda, O. S. F., Gandiae fuerat versatus.

59. Anno Domini 1555, die Augusti 16, cum Pater noster regulas quasdam de mutua inter nos communicatione, et de ea reuerentia et summissione animi, quam erga superiores gerere debemus, condidisset, et ministrum ¹¹ domus interrogasset promulgataene illae essent an non, negante illo publicatas esse, iussit Pater ut ego et Pater Laynez, qui tunc forte aderamus, alter in collegio, domi alter, regulas illas explicaremus et ad perfectam earum obseruationem fratres hortaremur; et simul nobis duobus tum praesentibus adiecit: isti ministri negligentiores sunt in exacta huiusmodi regularum obedientia, quasi uero res leuis momenti essent. Pues yo os certifico, que me han eostado á mí estas reglas más de siete uezes de oración y lágrimas. Ex quo coniiicere licet quid de Constitutionibus et aliis maximi momenti sanctionibus et Societatis legibus iudicare debeamus, cum hae regulae, quae prae illis leues sunt, tanti ei constiterint, ut non semel aut iterum, sed septies et plusquam septies pro eis et oraue-rit et lacrymas fuderit coram Deo.—R.

60. Eodem die iussit Pater ut omnes domestici ad unum explicationi huiusmodi regularum, quam Pater Laynez sub uesperum erat habiturus, interessent, et ut neque sacerdos, neque professus, neque ex primis decem Patribus aliquis omnino exciperetur, id quod. ^m insolens admodum et inusitatum uidebatur. Cum ergo in refectorium omnes conuenissemus, et Pater Laynez in sua adhortatione pergeret, ecce tibi fragor ingentis ruinae refectorium concutit, et omnes qui audierunt (audierunt autem plurimi) subito terrore commouet. Finita autem Patris admonitione in hortum regredimur, et tectum quoddam, quod eam partem horti contegebat, in quam praecipui Patres a coena conuenire consueuerant, et, consistentes, de rebus spiritualibus inter se confabulabantur ⁿ, repente concidisse uidemus: et Domini benignitatem et Patris nostri spiritum admiramur, qui, nisi praeter consuetudinem praecepisset ut ea hora expositio regularum fie-

^m *Sequentia tria verba deleta sunt.* —ⁿ confabulari *Natalis*.

¹¹ Domus minister erat P. Consaluius de Camara. Vide ejus *Memoriale*, supra, pag. 157.

ret, et ut omnes, ne uno quidem excepto, adessent, sine dubio aliquem ex Patribus tectum illud ruina opperisset; eo namque, ut dictum est, tempore a coena animi gratia eo loci Patres congregabantur. Ubi autem rem Pater noster rescivit, dixit Deum hoc signo ostendisse huiusmodi regulas sibi esse non ingratas °.—R.

61. Anno 1555, 21 Februarii, dixit Pater se nunquam in rebus grauioris momenti quicquam solitum decernere, etiam si omnes rationes probabiles haberet, nisi re prius cum Deo communicata. Ex P. Ludouico Gonzalez.

62. Semper unum confessarium fixum stabilemque habuit, cui peccata tantum sua patefaceret; reliqua uero beneficia et gratias, quas ex Dei misericordia uberrimas creberrimasque accipiebat, occultabat; quamquam initio forte conuersionis suae, cum esset adhuc rudis et huiusmodi rerum ignarus, omnia confessario exponeret, ut ab eo instrueretur. Ex P. Ludouico Gonzalez P.—R.

63. Incredibile dictu est quam facile et expedite sese in mediis negotiorum fluctibus Pater noster colligeret, et cum Deo per orationem coniungeret, ut in promptu et quasi ad manum deuotionis spiritum et fluentes lacrymas habere uideretur.

64. Sed illud etiam uel maxime obseruatione dignum est, quod Pater pluris faciebat spiritum mortificationis quam orationis, etsi ita sint connexi et inter se coniuncti, ut difficile seiungi possint et separari, et uterque inseruiat alteri; sed tum, cum de oratione loquebatur, ita loquebatur, ac si prauis affectibus compressi et mortificati iam essent, et huc omnia referebat. Quocirca, cum de quodam uiro pio et religioso inter loquendum incidisset sermo, et Pater Ludouicus Gonzalez diceret illum esse uirum multae orationis, Pater uoce commutata adiecit: est uir magnae mortificationis. 23 Februarii 1555.

65. Ipse uero Pater ita erat suorum affectuum dominus, ut magister Andreas Frusius diceret gratiam Dei quodammodo in Patre sibi congenitam et quasi connaturalem uideri; sic enim

° Sequens paragraphus cancellatus est. —P Quae in paragraphis 63, 64, et 65 habentur, cancellata sunt.

erant in eo perturbationes sedatae et perdomitae, sic propensiones animi omnes in uirtute radicatae et quasi concretæ, ut nulli usui præterquam uirtuti et sanctitati subseruirent, et ex se in Deum quodammodo ferrentur. Quod dictum sit, non ut naturæ tribuamus quod est gratiæ, sed ut gratiam ipsam magnificemus et extollamus, quæ ita hominem confirmat, ut naturam uincat, et ita Deo subiiciat, ut possit aliquando dicere: *Viuo ego, iam non ego, uiuit uero in me Christus* ²².

66. Dixit interdum mihi, mirabili Dei prouidentia se esse tot morbis obnoxium, ut aliorum uicem dolere disceret et moerere angoribus. Nam cum ego, inquit, semper in animo haberem ^q socios cogere, et rigidissimam atque asperrimam uitæ rationem complexus essem, si firmus omnino fuisset corpore, et nihil de illa animi contractione et uitæ austeritate remissem, nullus sane me præeuntem sequi potuisset; nunc uero, corpore fracto atque debilitato, Deus me docet ut infirmus cum infirmantibus, et aliquid humanæ imbecillitati tribuam. Anno 53 ^r.—R. •

67. Las señales desto son muchas: el mandar al comprador que cada día le uiniesse á dezir dos uezes si hauía dado al enfermero todo lo que pedía para los enfermos; el mandar uender los platos de estaño y mantas para suppler á las neçessidades dellos; las penitencias que daua por qualquier descuydo que con ellos se usaua; el embiar á ver cómo estaua mi uena ^s de noche dos ó tres uezes quando estaua sangrado; el mandar al rector que, en cayendo uno malo, luego se lo uiniesse a dezir, lo que suele dezir que sólo esto le haze temblar; y alguna uez me dezía: quando el hombre está malo no puede hazer nada; quiero dezir, que Dios nuestro señor no quiere hazer por él; y quando está sano [puede hacer mucho,] id est, Dios quiere hazer por él. Y otra uez estando el doctor Olaue indispueto, que era algo riguroso, me dixo: dezid al Dr. Olaue de mi parte, que buen señor tenemos, que nos enseña cómo hauemos de compadescer á los otros etc. Otra uez dixo que el ministro podía hazer saber al Padre Nadal todo lo que

^q habuisssem *Natalis*. —^r *Paragraphi 67 et 68 cancellati sunt.* —
^s mi uenia *ms.*

²² GALAT., II, 20.

en su regla se remite al superior, y con esto satisfacía, excepto en lo de los enfermos. Pero aquí se ha de notar que usaua comúnmente desta blandura y regalo; mas si hauía alguno durae ceruicis ^t, y acosado de algún uicio, que requiriesse para su remedio la mortificación y flaqueza de la carne, también lo dexaua enflaquecer y trabajar, como podría poner algunos exemplos, ut spiritus saluus fieret.

68. También se ha aquí de notar la obediencia, que nuestro Padre tenía en su persona, y quería que los otros tuuiessem, quando estauan enfermos, á los médicos, y cómo á algunos ha querido embiar al hospital, como á mí por no querer tomar agora 20 años una ayuda, y á otros fuera de la Compañía, como á don Siluestro ^{ss} etc. Cómo buscaua la resignación de los enfermos y no quería que ellos se entremetiessen en la cura de sus cuerpos. Y por esto y porque algunas uezes conuenía al espíritu dexarlos padecer, el año de 1555 á 18 de Hebrero dió orden que en toda la Compañía se auisasse que; quando el médico uiniesse á uisitar al enfermo, que nunca le hablase á él ni delante dél de mudar ayre, sino que, después de uisitados los enfermos, diga al ministro ó al que tiene cargo dellos, fuera de la enfermería, lo que paresciere que tienen necesidad.


CAPÍTULO 6.

ALGUNAS COSAS QUE HAZÍA NUESTRO BIENAVENTURADO PADRE Y PUEDEN APROUECHAR PARA EL BUEN GOBIERNO

1. No juzgaua el aprouechamiento y virtud de cada vno por el buen natural ó blanda condición que tenia, sino por el conato y cuydado que ponía en vencerse.
2. Era muy solícito en la execución de las cosas; y para esto cada noche pedía quenta á las personas, de quien se ayudaua, de lo que auían hecho aquel día, y les ordenaua lo que el día siguiente auían de hazer.
3. Todas las buenas nueuas que venían á Roma de la Compañía hazía que se trasladassen y se comunicassen á los amigos y otras personas de cuenta, assí por mostrar la gratitud que se les deuía, como para que supiesen lo que Dios obraua por medio de los nuestros, y glorificassen más al Señor.
4. Quando queria encomendar algún cargo á persona de quien no tenía esperiencia, alguna vez para ensayarle le ordenaua que cada noche diesse quenta, de lo que aquel día le auía sucedido, á alguna persona, de cuyo espíritu y prudencia nuestro bienaventurado Padre se fiaua, para que le encaminasse y le dixesse en lo que auía acertado y en lo que no.
5. Tenía gran quenta que las personas muy ilustres ó señaladas en letras en la Compañía no diessen mal exemplo, por el daño que dél se podía seguir á los demás.
6. Quando trataua con gente cavilosa procuraua negociar delante de testigos ó por escripto.
7. A vn Padre viejo y aprouado dió por penitencia vna disciplina de ocho psalmos, porque, por no aguardar al compañero

que tardaua, auía ydo solo á confessar vna muger enferma, para que los otros escarmentassen y no siguiessen aquel exemplo.

8. Aviendo sido llamado vn Padre para confessar vn enfermo que se estaua muriendo, llegó tarde por auerse algo detenido, y hallóle muerto. Sintiólo por extremo nuestro bienaventurado Padre, y ordenó que, quando viniessen á llamar de priessa para ^c cosa semejante, el portero tocasse luego la campanilla de manera que todos los sacerdotes entendiessen para qué eran llamados, y acudiessen á la puerta; y el que estuuiese más prompto y aparejado, esse le fuesse á confessar.

9. Quando se dezía á nuestro bienaventurado Padre alguna cosa mal hecha de las que suelen comúnmente alterar á los hombres, no hablaua palabra hasta auerse recogido interiormente y considerado lo que auía de responder.

10. La hora, que en la Compañía tenemos de quiete ó de recreación después de comer y de cenar, no es solamente para que en aquella hora no haga daño el atender al estudio ó á la oración, sino también para que los Padres y hermanos se traten, y con aquella comunicación se conozcan y amen más. Esto me respondió á mí nuestro bienaventurado Padre, diziéndole yo que los superiores del collegio romano querían quitar el espacio de quiete, que las noches de quaresma se vsaua ^d; y nuestro bienaventurado Padre no lo consintió.

11. Estando comiendo con nuestro bienaventurado Padre, dixo vn Padre, que era milagro que Dios N. S. sustentasse tanta gente de la Compañía en Roma, sin renta, en tiempo de gran carestía y guerra, en el qual los cardenales y algunos señores despedían parte de sus familias por no poderlas sustentar. En diziendo esto aquel Padre, nuestro bienaventurado Padre se puso con vn semblante graue y seuero (como lo solía hazer quando delante dél se dezía alguna palabra inadvertida é inconsiderada) y respondió: ¿Qué milagro? Milagro sería si assí no fuesse; y añadió la causa: Después que comenzó la Compañía (dixo) siempre auemos visto que, quantos más auemos sido y

^c á llamar para *Rib.* —^d se vsa *Rib.*

más carestía ha auido, tanto más abundantemente nos ha proveydo nuestro Señor.

12. Yendo yo camino con nuestro bienaventurado Padre, y lleuando poco viático, noté dos cosas: la vna, que mandaua dar largas limosnas á los pobres que topáuamos; y la otra, que se pagasse el mesonero sin ruydo de palabras, de manera que él quedasse contento y satisfecho.

13. Tuvo gran solicitud y cuydado que no se dixesse á los nouicios cosa que los pudiesse inquietar, ó pegarles espíritu contrario á nuestro instituto y á nuestro modo de proceder; y en esto fué muy seueró (y si se puede dezir, riguroso).

14. En las cosas del seruicio de nuestro Señor que emprendía vsaua de todos los medios humanos para salir con ellas, con tanto cuydado y eficacia, como si dellos dependiera el buen suceso; y de tal manera confiaua en Dios y estaua pendiente de su diuina prouidencia, como si todos los otros medios humanos que tomaua no fueran de algún efe[c]to.

15. Quando le pedían alguna cosa, luego pensaua si era conueniente el concederla; y si juzgaua que no lo era, lo que auía de responder para negarla con suavidad.

16. Quando dos no estauan tan vnidos entre sí, solía referir al vno todo lo que auía oydo del otro que pudiesse sossegarle y vnirle más con él, callando lo que le podía desasossegar.

17. Gustaua mucho que sus súbditos hiziessen las cosas que él quería, ó movidos de su bien ordenada inclinación, ó por ver la inclinación ° del superior, sin que fuesse menester vsar de mandato ó virtud de obediencia.

18. Tuvo gran cuenta que no se introduxessen ritos, ceremonias, vsos ó costumbres nuevas en la Compañía sin que él lo supiesse.

19. Quando escriuía cartas de negocios graues, especialmente á personas principales, era tan mirado y remirado en leerlas y ^f enmendarlas, y gastaua tanto tiempo en esto, que nos ponía admiración.

° *Desiderantur praeced. quinque verba in «Rib.»* —^f y en *Matr.*

20. Al Padre Dr. Torres, el que murió en Toledo ^a, quando estava en Salamanca le escriuió que no se dexasse enbar[a]çar con cofradías de seglares.

21. Para despertar y dar más calor á los nuestros ordenaua nuestro bienaventurado Padre en los principios, que le escriuiesen cada semana cuántos se auían confessado en ella, y si alguno auía hecho los exercicios.

22. Tuuo muy particular cuydado que ninguno de sus hijos diesse á los grandes príncipes ocasión de justo enojo, y que si alguno auían ^a tenido, de atajarle con gran prudencia, para que no recibiesse daño todo el cuerpo de la Compañía. Estando el P. Bouadilla en Alemania en la corte del emperador Carlos quinto por orden del papa Paulo tercero, aconsejaron algunos al emperador, que, mientras se celebraua concilio para componer las controuersias entre los católicos y los protestantes, se escriuiesse el Interin [*sic*] que se escriuió, que fué harto dañoso á la república, poniendo la mano el príncipe seglar (aunque con buen zelo) en lo que no era suyo. Contradixo esto mucho el P. Bouadilla; y agora sea ^b la cosa en sí, aora por el modo con que la trató, el emperador se enfadó, y le mandó salir de toda Alemania, y embió vn comissario suyo con él para que le acompañase hasta Italia. Supo nuestro bienaventurado Padre que el P. Bouadilla venía en desgracia del emperador, y no supo la causa della. Llegado á Roma no le quiso admitir en casa hasta que supo todo lo que auía passado; y el emperador fué informado de lo que nuestro bienaventurado Padre auía hecho con su súbdito; y el enojo que tuuo con él se mitigó sin daño de la Compañía.

Assímismo, en tiempo del papa Paulo quarto, predicando el P. Mtro. Laynez en Roma en Santiago de los españoles, dixo vnas palabras, hablando de la simonía, que, puesto caso que en su intención no se podían reprehender, por ser llanas, ciertas y verdaderas, pero, porque algunos las podían interpretar mal,

^a alguno le auía *Rib.* — ^b sea por *Rib.*, *Matr.*

^a P. Michaël Turrianus, qui 24 Octobris 1593 Toleti obiit.

como dichas para reprehender las consultas que hazía S. S. sobre aquella materia para reformar la dataria, nuestro bienaventurado Padre ordenó al P. Laynez que hiziesse vna disciplina, para que el papa, si lo supiesse, no tuuiesse ocasión de enojarse contra él ni contra la Compañía.

23. Aviendo el prior Andrés Lipomano, patricio veneciano, dado su consentimiento para que se vniesse al collegio de Padua (que fué el primero que la Compañía tuuo en Italia) el priorado de santa Maria Magdalena de aquella ciudad, que él poseya, y valía como dos mill ducados de renta; y auiendo el papa hecho la annexión con condizión que la Compañía desde luego gozasse de la mitad de la renta del priorado, nuestro bienaventurado Padre, después (estando la Compañía en aquellos principios pobrissima), por pura gratitud, de suyo le embió vna patente para que gozasse de toda la renta del priorado por todos los días de su vida, y no diesse á la Compañía más de lo que fuesse su gusto y voluntad; y así lo hizo el prior, sustentando en el collegio de Padua el número de los nuestros que allí auía, con mucha liberalidad por vna parte, y por otra mostrando nuestro bienaventurado Padre la gratitud que se deue á los bienhechores. Después ofreció al prior quatrocientos ducados de pensión para vn sobrino suyo, los quales el prior no quiso aceptar.

24. En tiempo de mucha carestía pidieron la Compañía en Roma dos, el vno francés, que se llamaua Guilliemo, y el otro, que se dezía Alonso, español. Estando en la primera prouación cayeron ambos malos, y el español venía de curarsé en vn hospital, y el francés lo auía intentado y no lo auía podido alcanzar. Sabiendo esto nuestro bienaventurado Padre, y siendo algunos de parecer que, pues avn no estauan dentro de nuestra común habitación, se embiassen á curar al hospital, nunca lo consintió. antes ordenó que se les proueyese de médico y medicinas, diciendo, que pues ellos por amor de Dios dexauan el siglo, que no era justo desampararlos en su nezesidad.

25. El año de 1553 pregunté yo á nuestro bienaventurado Padre, á cierto propósito, si era bien poñer cárceles en la Compañía, atento que algu[n]a vez se tienta el hombre de manera.

que para ⁱ vencer la tentación no basta razón, y, si se añadiesse vn poco de fuerça, passaría aquel ímpetu, y aquel frenesí se curaría. Respondióme nuestro bienaventurado Padre estas palabras: Si se huuiesse de tener (Pedro) solamente cuenta con Dios N. S., y no también con los hombres por el mismo Dios, yo pondría luego cárceles en la Compañía; mas, porque Dios N. S. quiere que tengamos quenta con los hombres por su amor, juzgo que por ahora no conviene ponerlas.

26. Avnque ayudaua de buena gana á todo género de obras pías, y daua fauor para ⁱ ellas dentro y fuera de Roma, todavía, quando se ofrecía alguna que tocasse á la inquisición de España, miraua tanto por la autoridad del santo oficio, que no quería que se tratase della sino en su tribunal. Y assí, aviéndole pedido que alcanzasse de S. S. absolución para ciertos moriscos, que después del bautismo auían caydo en errores contra la fee, aunque fácilmente la pudiera alcanzar, no lo quiso hazer, antes remitió el negocio al inquisidor general, suplicándole nuestro bienaventurado Padre que los perdonasse, y assí se hizo.

27. Algunos Padres querían que la abstinencia del viernes, que vsa la Compañía, se mudasse en ayuno eclesiástico; mas nuestro bienaventurado Padre no lo consintió.

28. Avía vn hermano en casa, que al parecer del ministro no andaua bien, antes sospechaua el mismo ministro que comulgaua con mala consciencia, y preguntó á nuestro bienaventurado Padre si sería bien ordenarle que no comulgasse. Nuestro bienaventurado Padre, viendo que aquella sospecha no se fundaua en ciertos fundamentos, dixo que no: porque si el hermano andaua fingido, la virtud del santísimo sacramento le descubriría. Y assí dentro de pocos días reventó la postema, y se huyó de la Compañía.

ALGUNOS DICHOS DE NUESTRO BIENAVENTURADO PADRE.

1. Ningún escándalo puede auer mayor de los religiosos para con los seglares, que saber que los de vna misma religión están en vandos y diuisos entre sí.

ⁱ que por *Matr.* — ⁱ fauor por *Matr.*

2. Seruir al mundo con descuydo y pereza, poco importa; mas seruir á Dios con negligencia, es cosa que no se puede sufrir.

3. A los que se salen de la religión, y bueluen las espaldas á Dios apostatando, no es bien ayudarlos en las cosas temporales, sino para que bueluan á la religión.

4. Dixo que le parecía que no podría biuir, si no sintiera en su alma vna cosa, que no era ^k suya, ni podía ser humana, sino de solo Dios.

5. Dixo que si la perfección consistiesse en solos buenos deseos, que no diera ventaja á hombre viuiente.

6. Muy pocos ay, y por ventura no ay ninguno en esta vida, que perfetamente entienda lo que de su parte estorua lo que Dios, si no le estoruasse, obraría en él.

7. El comulgar con el deuido aparejo á menudo ayuda para que el hombre no cayga en pecado graue; ó si por flaqueza cayera, para que presto se leuante.

8. Dixo que no auía ninguno en casa de quien él no se edificasse, sino de sí mismo.

9. Dios N. S. suele siempre dar mucha consolación al alma en las cosas que el demonio con mayor fuerza ha pretendido [estragar] ¹ y no ha podido.

10. Quando el religioso pierde alguna cosa temporal por amor de Dios y por conseruar la paz con su próximo, Dios N. S. por otra parte abundantemente se lo recompensa.

11. Los de la Compañía deuen ser, con los próximos que tratan, como los ángeles de guarda con los que les han sido encomendados, en dos cosas: la vna, en ayudarlos quanto pueden para su saluación; la otra, en no turbarse ni perder su paz quando, auiendo hecho lo que es en sí, los otros no se aprouechan.

12. Ningún yerro es más pernicioso en los maestros de las cosas espirituales, que querer gouernar á los otros por sí mismos, y pensar que lo que es bueno para ellos es bueno para todos.

^k que era *Matr.* —¹ pretendido estragar *Rib., Matr.*

13. El hombre bien mortificado, y que ha vencido sus pasiones, mucho más fácilmente halla en la oración lo que desea, que [e]l inmortificado é imperfe[c]to. Y á esta causa hazía nuestro bienaventurado Padre tanto caso de la mortificación, y la prefería á la oración que no tiene por fin el mortificarse y por este medio vnirse con Dios.

14. El religioso que tiene obediencia de voluntad, y no de entendimiento, no tiene sino vn pie en la religión.

15. El tiempo de la mañana es mejor para tratar con los seglares de cosas espirituales y de su aprouechamiento; y el de después de comer para pedirles cosas de gracia ó temporales.

16. Quando se ofrezcan cosas mal hechas ó desbaratadas en el gouierno de la república, lo que deuemos hazer es, encomendarlas muy de veras al Señor ^m, y pensar de qué le abremos de dar quènta el día del juycio, y atender á nuestros ministerios con vigilancia, para dársela buena quando nos la pidiere.

7

ACTA QUAEDAM P. N. IGNATII A P. NATALI ¹

Jhus[†]

ACTA QUAEDAM N. P. IGNATII ^a

Qui in eius cubiculo, laetissimi semper ac risibundi.

Nunquam rem assumpsit, quam non confecerit.

Nunquam est visus doloris aliquod signum dedisse, etiamsi vehementer aegrotaret uel acerrimos dolores pateretur, sed dicebat tantum placide ut remedia adhiberentur. Tria sunt exempla hujus rei, ut alia praetermittantur: vnum, quod cum periculosissime decumberet, eximia tamen erat continenter animi laetitia atque alacritate, ex contemplatione videlicet futurae vitae. Secundum, quum acerbissime affligeretur e dolore, quem molaris male sanus infllegebat, triduo illum dolorem sedatissime pertulit;

^m a nuestro Señor Rib. — ^a Hic titulus P. Natalis manu scriptus fuit.

¹ Ex apographo, in codice *Collecta per P. Natalem*, ff. 159-162r non signatis.

dixit postea ut quaereret P. Natalis artificem, qui ipsi illum molarem euelleret; qui quum firmas haberet et integras radices, nullum tamen ille doloris edidit signum ubi euulsus est. Extractum molarem cum dissimulanter uellet retinere P. Natalis, et ipse id animaduerneret, iussit ut reiiceret, quod hic tam fecit serio, ut nulla diligentia illum postea potuerit reperire. Tertium est exemplum, cum laboraret e catarro, et, inuncto Joannes Paulus¹ illi collo et altera aure, assueret lineum pannum, panno per scordiam assuebat simul auriculam Patris; quod cum ille sentiret, dixit sedate: tu mihi, Joannes Paule, assuis simul auriculam. Quum hoc ille non intelligeret, rursus eadem verba repetiit; itaque permotus bonus Joannes Paulus necessario destitit.

Nunquam quicquam petiit a pontificibus romanis, quod non fuerit consequutus.

In missis percipiebat magnam consolationem et rerum diuinarum sensum eximium, itaque aliquando cobeatur missam intermittere; nam illa erat tam uehemens commotio, ut vires corporis ac valetudinem admodum debilitaret atque affligeret.

Cum alius diceret se puncta accipere superioris diei, vnde in oratione et spiritu procederet, ipse dixit: at ego vbi et quemadmodum uolo inuenio deuotionem.

Actuatio eius perpetua spiritus, ut esset necessum diuerticula quaerere et aliis de rebus agere.

In omnibus rebus Deum inueniebat; in negotiis, in colloquiis.

Praesentissimae exequutionis et efficacissimae fuit in rebus agendis.

Reuelationem habuit quod secunde essemus navigaturi P. Ludouicus Gonzalius et P. Natalis in Hispaniam², quod P. Natali indicauit.

In folio taronici [*sic*] inueniebat Trinitatem coram P. Natali.

¹ Utrum hic fuerit Joannes Paulus Borrellus, frater rei domesticae adiutor, an alius, fortasse eodem nomine insignitus, certo quidem definire non audemus. Borrelli sane simplicitas cognosci potest ex illis, quae tradit POLANCUS, *Chron.*, IV, 590.

² Videantur *Epist. Mixtae*, V, 108.

Vidi (inquit), sensi et intellexi omnia fidēi christianae mysteria.

Cum peregrinaretur P. Claudius cum P. Bobadilla, et in deliquium incideret ex debilitate et fame usque adeo, ut progredi ulterius non posset, humi procubuit, Deo se per merita servi eius Ignatii commendans; et illico, absque ullo humano subsidio, se mirabiliter confirmatum sensit, viribusque etiam corporis restitutum, ac progressus est valde bene eo usque quo peruenire instituerat. Hoc autem accidit viuento P. Ignatio.

Cum de vita hac decessisset idem P. N. Ignatius, pia cuiusdam mulieris, quae templum nostrum frequentabat, filia strumularum morbo adguttur laborabat, nec modum medendi illi mater inuenire poterat. Erat autem illi spes haec, si corpus praedicti Patris tangeret puella, fore ut sanaretur; cumque ad corpus accedere non potuisset, in[s]tanter petiit aliquid e rebus, quibus utebatur praedictus Pater, et obtinuit, eoque ad filiae collum appenso, sanata est; et utraque frequentat confessionis sacramentum in templo nostro ⁴.

Pater Bobadilla nobis narrauit die 23 Martii anno 1557, quod cum ipse, male habens, proximo autumno veniret Tybure Romanam, magno ventris fluxu laborans, ac superueniente ipsi febre uehementissima Romae in eo cubiculo, ubi mortuus fuerat P. Ignatius, cogitabat de reditu Tyburim, iudicans se periclitari de vita si Romae maneret; postmodum in intensissimo ardore febris recordatus est se tamen esse in cubiculo, vbi noster Pater e vita migrarat, et coepit pie affici ac deuotionem habere in ipsius memoria; ac subito, tanquam si iacenti cuipiam in lecto auferretur stragulum, sensit sibi excidisse febrim, et bene habuit, nec opus fuit reuerti Tyburim. Dicebat autem dum haec narraret: «et ego aequiualeo quatuor testimoniis»; quod quidem dicebat eo quod ipse difficilis fuisset, qui similibus rebus fidem daret.

Ex Patauio scripsit rector P. Joannes Baptista Tauona die 4 Martii 1557, quod cum ipse confessionem foeminae cuiusdam peste laborantis audiuisset, ad eamque, ut moribundam iuaret,

⁴ *Acta Sanctorum*, loc. cit., §. LII.

ter inuississet, et ad eam, melius iuuandi causa, accedens, ita ut interdum flatu pestilenti Patris faciem foemina tangeret, et pileus super illius lectum ceciderit, et aliquandiu etiam ibidem manserit; cum igitur ad collegium reuersus fuisset, ciues iusserunt obstrui totum collegium, et includi omnes nostros, sicuti occludi solent domus pestiferorum, ipsique Patri Tauoni, praeter corporis aduersam valetudinem, magna quaedam perturbatio mentis obueneret, qua totus tremebat notabili angore; cumque sese Deo commendaret, ac res contrarias tali timori, ut ab eo liberaretur, cogitaret, nunquam tamen obtinuit (ut ipse scribit). Tandem commendauit se Deo per intercessionem P. N. Ignatii magna deuotione, et subito, loco timoris, se bene animatum animaduertit ad mortem appetendam, non tantum peste, sed etiam gladio, si id ita esset beneplacitum Deo; suscepitque tantam consolationem, ut illi similem nunquam sibi videatur percepisse se; praeterquam quod existimat se naturaliter euasurum non fuisse pestem (qua biduo post foeminae mortem tactus est eius maritus), nisi per intercessionem dicti P. Ignatii.

Hoc satis compertum est post eius mortem, non solum non fuisse perturbatos eos, qui bene erant erga Societatem affecti; sed potius omnes, quotquot ea de re fuerunt interrogati, profiterentur habere se majus lumen et gratiam a Deo. Itaque sentiri visa est uberior quaedam donorum Dei communicatio per intercessionem huius serui sui, loco miraculorum. Hunc spiritus fructum compertum habuimus in personis Societatis.

Exterius etiam, vbi multae occurrere videbantur humanae rationi timoris causae, tum propter bella, tum propter aliquorum potentium animos, benignissimus nihilominus Deus specialem prouidentiam ostendit in conseruatione Societatis apud omnes; imo post ipsius Patris mortem statim obtenta est venia, tamdiu antea efflagitata, ut habere liceret collegia in Flandria ⁵, datumue est nostris collegium Coloniae ⁶, et coemptae domus Louanii ⁷.

⁵ POLANCUS, *Chron.*, VI, 448.

⁶ POLANCUS, *Chron.*, VI, 417.

⁷ *Epist. Mixtae*, V, 557-558.

Cum admodum esset de rebus suis taciturnus, dixit tamen, P. Natali praesente, 'quasi fuisset ad Deum raptus paulo antea et ad se rediisset: eram nunc (inquit) ego altior coelo. Quod quum ille Pater sibi declarari quid illud rei esset rogaret, ad alia sermonem conuertit.

Sacris ordinibus initiatus, quum horas canonicas recitare inchoasset, tantam sensit difficultatem propter affluentiam consolationum spiritualium, sensuum internorum ac lacrymarum, ut maiorem diei partem esset necessario in illarum recitatione occupatus, et vehementer corporis valetudo et vires ipsius affligerentur; cui difficultati cum nullum videretur remedium expectari posse, et potius in dies sumere incrementum illa difficultas videretur, eius socii Patres petierunt a summo pontifice Paulo III, ut liceret Patri Ignatio commutare horarum canonicarum recitationem in certum numerum orationum, Pater et Ave, quod benigne concessit summus pontifex. Et in harum tamen recitatione saepe excessum mentis patiebatur ex vehementia gratiae ac spiritus.

Cum extrema penuria rerum temporalium premeretur collegium romanum et domus, et immineret bellum, quod gessit Paulus IV in regem Philippum, uel certe hic aduersus illum, quo tempore cardinales etiam ipsi inopia rei pecuniariae conflictabantur, iussit constanter P. Ignatius bono esse animo nostros; futurum ut proximo anno, hoc est, futurae inopiae communis tempore, nullam penuriam paterentur. Quod plane contigit, et quidem post eius obitum; nam missus quidam Pater * in Hispaniam aliquot millia coronatorum Florentiam per litteras collybiticas misit, unde Romae Patribus singulis mensibus 300 coronati numerabantur quoad perseueravit illa rerum difficultas, atque adeo longe diutius. Quod uero quidam dicunt, dixisse tunc Patrem Ignatium uno anno difficilem futuram romani collegii prouisionem, deinde Dominum prouisurum; primum, haud dubie ita sumus experti superiorum temporum infinitam illam difficul-

* Ipse nempe P. Natalis, qui ea potissimum de causa missus tunc in Hispaniam fuit, ut opem collegio romano, penuria laboranti, afferret. *Epist. P. Hieronymi Nadal*, II, 39.

tatem fuisse fere exemptam, et singulari Dei prouidentia factum etiam in singulos annos: aucto numero, ut ad 230 excreuerit numerus collegialium, nunquam tamen non fuit illis prouisum sufficienter. Deinde pie sperandum est P. Ignatium, qui ita iussit nos bene sperare adhuc in hac mortalitate viuens, in foelicitate aeterna beatum nostris necessitatibus non defuturum apud clementissimum Patrem et dominum Deum, qui est benedictus in secula. Amen.

8

DICTAMINA S. P. IGNATII GENERALIA ^a,COLLECTA A PATRE LANCITIO ¹.

Accidit non raro ut aliqui e communitate in hac vel illa occasione a recto deuiant, atque in defectum aliquem prolabantur: quod ne deinceps contingeret, non uetabat uniuerse id sanctus Pater, quod lapsus alicuius occasionem praebebat, sed particulare aliquod remedium adhibebat, ne in similia alii incurrerent; eratque hoc veluti axioma illius: propter abusum aliquem nihil, quod ex se malum non sit, esse laborandum [*sic*].

Contigit aliquando ut nouitius ^a, pro conquienda eleemosyna missus, dum se a socio, ex altera plateae parte eleemosynam petente, seiunxisset, et, a noto sibi homine multis rebus auditis, in uocatione religiosa titubare cepisset. Postquam id sancto Patri relatum est, aegre quidem tulit hoc; non uetuit tamen amplius nouitios mitti, sed ne alii, quam approbati ab eo et selecti, mitterentur. Existimabat enim illis legibus, quae ob aliquem lapsum rerum non illicitarum prohibent et sine exceptione villa uetarent omnia, etiam bonis ipsis, quae ex bono rerum usu sequerentur, magno impedimento esse, et quandoque magnis diuinæ gloriae incrementis aditum, alioquin expetendum ac ne-

^a *Alia manus quatuor sequentia verba addidit.*

¹ Ex antiquo et forte coaeuo exemplo, inter manu scripta Societatis Jesu. Constat 28 paginis (om, 208 × om, 150), omnibus signatis, si ultimam excipias, quae etiam pura est. Librarius non satis accurate res aliquando transcripsit, unde etiam quandoque alia manus quaedam emendauit.

^a Vide *Memoriale P. Consalvii*, supra, pag. 173, n. 43.

cessarium, praecludere; malebatque membra putrida resecare a Societatis corpore, quam ob alicuius etiam scandalosum lapsum legem generalem ferre, scandali occasionem prohibente[m], et, ob aliquorum abusum, bonum in aliis usum uetare.

Vehementer sanctus Pater cauebat, ne domesticorum errata aliis patefaceret, quibus ad remedium vel consilium petendum non indigebat; quocirca non paucos e Sòcietate dimisit, quae dimissionis causa etiam suae gubernationis sociis et adiutoribus non patebat. Duorum autem in dimissione rationem habebat: primo, ut nullo innotati peccato discedant; quam etiam ob causam non dimittebat quempiam, sine iusta causa dimissionem sui procurantem; sed postquam vel [per] exercitia spiritualia, vel per aliorum consilia rediisse ad resignationem ac indifferentiam animi resciebat, tunc primum abire sinebat. Alterum, quod in dimittendo sancte obseruabat, erat, ut bene erga Societatem affecti discederent. Vnde fiebat ut dimissi ab eo postea magnos se et amicos, et quandoque benefactores Societatis ostenderent, eorumque opera sanctus Pater confidentius quam antea uteretur.

Moribus inconditis, graues domesticis, solebat ad collegia, rebus destituta necessariis, ablegare; probos uero et obsequentes, aut aduocare Romam, aut in aliis collocare collegiis, in quibus necessaria suppeterent. Rogatus a ministro domus³ liceretne nostros fratres paruulos, hoc est, qui 14 aut 15 annos non excessissent, promissione praemiorum ad uirtutis et literarum ardentia studia illicere, et iniecta inter eos piaae aemulationis industria reddere diligentiores; respondit sanctus Pater omnino id utiliter adhiberi, eosque tanquam tenera animalcula iis, quae ipsis arriident, posse ad honestatis officia allici⁴.

Cum uideret aliquos maturae uirtutis, non sanguinis et terrenae rei alicuius amore, sed pietatis casto gustu duci ad conseruandam frequentius et augendam opinionem bonam de altero, istum alteri socio absenti exquisite laudare solebat et commendare, ut eo magis uirtus vnus, ornata commendatione sancti Patris, alteri esset utilior, et maiores in spiritu utrique pareret pro-

³ Hic erat P. Ludovicus Consalvius.

⁴ *Memoriale*, pag. 201, n. 101.

gressus. Saepe enim multos magis fama et commendatio uirtutis, a uiro graui profecta, quam uirtus ipsa ad sui amorem impelli[t].

Dicebat eos, qui Societatem expeterent, utroque pede eam ingredi; dextro quidem, id est, obedientia intellectus, sinistro uero, id est, obedientia uoluntatis. Ideo iudicabat eos tantum intulisse pedem, qui imperata faciant; eos autem, qui non idem sentiunt, quae superiori placebant, dextro extra Societatem pede censebat subsistere.

Etsi omnes subditos plena cuperet indifferentia pollere, et paratos esse sine delectu locorum, graduum et officiorum a uoluntate superiorum pendere, magnam tamen habebat rationem innatae inclinationis. Atque ita, insinuaturus aliquod officium alicui non vulgare, tria ab illo exigebat: primo, ut explicaret scripto, paratusne sit id facere, quod superior praescriberet. 2.^o An sit propensus ad hoc, de quo deliberatur. 3.^o Quam partem eligeret si eius arbitrio res tota relinqueretur. Et hac ratione, praesupposita aptitudine hominis, et obedientiae ac abnegationis fundamento, ordinarie in rebus maioris momenti inclinationem subditi sanctus Pater sequebatur. In rebus uero leuioribus, in quibus nulla sese subditi prodebat propensio, eam ^b per eius familiarem aliquem inuestigare conabatur. Quam etiam ob causam in consultationibus, inter motiua iniungendi alicuius officii alicui, quod sanctus Pater magis ponderabat, erat inclinatio subditi ad faciendum aliquid vel non faciendum. Verumtamen, quamvis sanctus Pater probaret inclinationes subditi obedientiae subiectas et ad omnem eius nutum paratas, magis tamen laudabat illas, quae ad nullam rem in particulari propendebant, sed tantum ad id, quod superior diserte praescriberet.

Dicebat solere Deum illi parti maiora suppeditare auxilia, quam daemon acrius inuaderet; ideoque, dum aliquam contra Societatem excitatam esse procellam audiret, plenus diuina fiducia felicem exitum exspectabat. Non censebat nostros sacerdotes uocandos esse Patres, uti nec scholasticos aut coadiutores Fratres ^c, ut et appellatione nominum disiungeremur ab aliis ordini-

^b eum *ms.* — ^c coadiutores F. G. *ms.*

bus, sicut nullo peculiari habitu ab aliis differimus. Putabat enim aequum fore ut, oblata sermonis materia de aliquo e Societate, diceretur: vnus e nostris, uel vnus e Societate, uel vnus sacerdos, uel vnus laicus; maxime vero siue nomine siue cognomine quivis appellaretur, nulla alia re addita: solos tantum superiores Patrum appellari nomine volebat; quod etiam propria lege data retinendum statuit. Hinc perpetuo consuetudo manavit, ut generalis noster praepositus et Romae et alibi Pater noster appellaretur.

Dum, quod facile concedebat, mensis virorum illustrium contingeret nostros accumbere, dicebat non esse iniiciendos sermones de magnis negotiis, sed (ut formalibus eius uerbis utar) bonos et faciles, et exiguae occupationis ^d animi.

Optabat ut ad officia pietatis, diuinum obsequium promouentia, internis potius quam externis motiuis impellerentur; ideo ad persoluenda talia minime humana et extrinseca media adhibebat, quod hac ratione suscepta a nobis opera essent voluntaria et retinerentur constantius.

Quamuis magna patientia audiret impertinentes saecularium sermones, dum eos impedire non posset, ferre tamen non poterat et nostros et externos, dum, ueluti leges et oracula fundendo, loquerentur, talesque uocabat decretistas, v. g., dum aliquis haec et similia diceret: necesse est ut hoc uel illud fiat, etc., et his similes formulas instar decretorum; ideoque tales reprehendebat domi, saeculares autem modeste corripiebat. In primis legatum ^e cuiusdam principis, magnum Societatis amicum et familiarem, qui cum, ad nos venire solitus, in more haberet dicere: deberet papa hoc uel illud facere; talem cardinalem oporteret hoc uel illud constituere: ideo sanctus Pater, ut eum sine sensu emendaret, simili quoque modo ei respondebat, svadendo ei uel reuocando in memoriam res ad eius legationem uel officium spectantes. Deinde post discessum domesticis dicebat:

^d occupationes *ms.*

^e *Memoriale*, pag. 254, n. 204.

decretista aequo animo ferret, si de eius quoque rebus aliqua decreta illi exequenda statuatur.

Iverant ex collegio romano fratres quidam, 7 Urbis ecclesias uisitaturi, ideoque, cum domum redituri non essent ad meridiem, impetrarunt aliqua, quae commedendo ac bibendo in itinere corpus reficerent. Hoc postquam audiit sanctus Pater, non tantum fratribus illis, sed et subministro, et ministro, et Patri rectori ac collaterali eius poenam iniunxit. Sed cum rector⁶ se excusaret quod adhuc nouus et veluti hospes eo in loco esset, reiecit excusationem, dixitque rectoris esse officium, si prauas inueniat in suo collegio consuetudines, ad superiorem recurrere, ne dum vnus connivet et alter, mos transeat in legem, et quod initio facile aboleri poterat, diuturnitate temporis et iteratione operis irremediabile reddatur.

Permittebat sanctus Pater Societatis initio vt publice nostri per Urbem expansis saccis pro domo professa stipem quaerent, quo cuncti discerent eam domum eleemosynis aliorum sustentari. Nolebat tamen id obseruari imposterum, sed aliam honestiorem rationem iniri religiosae mendicationis, diuersam a caeteris religiosorum familiis.

Cum P. Hieronimus Natalis, visitatis Hispaniae prouinciis, in iisque concessa vna ac dimidia ad meditandum quotidie hora, Romam reuersus, sancto Patri svaderet, indigne et factum eius et consilium tulit, dicens vnam sat abunde fore scholasticis diuinis meditandis, dummodo (quod supposebat in omnibus ex nouitiatu ad collegia translatis) mortificati essent et se abnegare scirent; tales enim vnus quadrantis meditatione plus assequi, quam alii duarum horarum. Quod si alicuius peculiaris necessitas longiorem meditationem exposceret, tunc tantum longiora ei tempora orandi permittenda esse.

In rebus ad literarum studia pertinentibus erat exactissimus, dabatque operam, vt in humanioribus studiis solida nostri iacerent fundamenta, praesertim in linguae latinae puritate. Ideo cum nonnullos, qui omnibus ad concionandum uidebantur cum laude

⁶ Pater Sebastianus Romaeus. *Memoriale*, pag. 259, n. 216.

a natura efformati, sancto Patri svaderent theologicis studiis applicandos, nequaquam id permisit, etsi illi ipsi iam plures annos praeclare concionando exegissent, sed omnino totam eos philosophiam audire iussit; ne tamen a concionando desisterent; et tum demum theologiae vt operam darent, concessit.

Accuratus erat sanctus Pater ad praeparanda mature procellis, quae temporis successu possent exurgere, obstacula; ideo dum maledicorum ora nostram impeterent innocentiam, grauium uirorum colligebat testimonia et asseruari diligenter mandabat, quibus, si opus esset, occluderetur ^e os loquentium iniqua, et Societatis personarumque integritas, etiam iis mortuis, defenderetur.

Nihil ob humanos respectus aut faciebat aut omittebat, dum spes ^f maioris diuinæ promerendae gloriae affulgeret. Ideo, non exspectato ullo temporis termino, si quem uideret vnum e nostris alio in loco mansurum vtilius, eum ^g ad illum transferebat. Hinc, etsi non raro uix vnus aut alter magnus operar[i]us Romae esset, quoque collegium carere non posse uideretur, eum alio ablegabat, ubi maiori cum fructu eum mansurum sciebat; aegre autem ferentibus aliis dicebat: quid faceretis si is iam esset mortuus? mortuum quoque existimate, et ne doleatis translatum. Hanc etiam ob causam quendam, pro coadiutore susceptum, cum praeclare cerneret eum esse ad concionandum aptum, ad studia promovit.

Sicut ipse in decernendis rebus non affectum sed rationem ducem sequebatur, ita hoc ipsum ab aliis seruari uolebat, et nihil temere ac sine causa fieri et ueluti ex occasione tantum; ideoque, antequam quidquam inchoaretur, omnia diligenter esse perpendenda, et tum ^h demum, etiamsi nulla sesse offerret occasio, rem inchoandam et diligenter deducendam vsque ad finem.

Saepe dicebat eos, qui nobilitate generis et commendatione doctrinae aut ingenii excellerent, esse prae caeteris mortificandos; quod hi, si abnegationis exercitio detinerentur, multum diuinæ propagandae gloriae essent profuturi, secus valde obfu-

^e occludendi ms. — ^f dum species ms. — ^g vtilius dum ms. — ^h et dum ms.

turi; talibus ergo et ipse inuigilabat plurimum, et superiores alios inuigilare iubebat. Quocirca cum P. Natalis socium ex Hispania aduexisset Patrem Loartem ⁷ concionatorem, doctorem et theologiae professorem, sanctus Pater peculiarem eius exercendi curam haberi a ministro uoluit, qui et per se et per alios ita eum excolebat confusionis publicae actibus, ut saepe instar pueri flere solitus sit: ipse sanctus Pater eum solabatur et benigne tractabat. Hinc factum est ut cum rogaretur Loartes quod de sancto Patre Ignatio iudicium et quod de Patre ministro ⁸ ferret, respondit, res Patris Ignatii totum esse oleum ob suauitatem, Patrem vero ministrum totum esse acetum ob reprehensionem, mortificationem et acrimoniam.

Volebat in Societate summam in omnibus uigere uniformitatem, ne quis nouus uiuendi ritus ac modus reperiretur in aliqua prouincia uel domiciliis discrepans ab aliis, quod etiam in rebus occultioribus spectabat; hanc ob causam magnam diei partem exegit in examinandis confessariis, modisque, quos singuli in assignandis poenitentiis sequebantur, ne quid in eo reperiretur discriminis. Eam quoque ob causam suadentibus nonnullis continuas indici preces pro electione felici noui romani pontificis, nequaquam permisit, ne publica et noua introduceretur consuetudo in aliis locis nostrorum non usitata; ideo neque litanias quidem simul ab omnibus dici uoluit, sed ut secretis quisque pro sua parte ac studio precibus vel carnis maceratione similes necessitates Domino commendaret. Hanc ob causam puniuit nonnullos, quos rescuierat horas canonicas in horto domestico, non usitatis nostris tono ac sono monasticum praeseferente, recitasse.

In familiari colloquio titulum paternitatis sibi uni dari non sinebat, sed tantum reuerentiae vestrae; si quis tamen in literis eum usurpasset, dissimulabat. Tandem, eo mortuo, generalibus praepositis anno 1561 paternitatis appellatio coepit tribui.

Proposuit aliquando sanctus Pater noster Patribus Lainio, et

⁷ Gasparem Loartem.

⁸ Erat tunc romanae domus minister laudatus Consalvius. De re, quam Lancicius attingit, agit ipse Consalvius, *Memoriale*, n. 296, pag. 300.

Salmeroni, et Madridio, quos optimos theologos sciebat, num posset ob aliquod peccatum mortale, in confessione sola intellectum, quempiam, sub alio tamen praetextu et causa aliqua exteriore inuenta (per se quidem ad dimissionem non sufficiente, ob quam tamen dimissus posset existimare se esse dimissum) e Societate dimittere. Responderunt, omnino id posse; cum certum sit ex dimissione unius non necessario inferri aliquod mortale a dimisso fuisse commissum peccatum, et multos ob leuiiores longe lethali crimine defectus solere dimitti. Atque hoc sanctum Patrem in more habuisse aliquoties ipse non obscure insinuauit ^o. Vel hinc querulosi agnoscant immerito nunc ⁱ superiores nonnullos traduci, dum dimittunt quempiam, non ob res in confessione uel manifestatione conscientiae auditas (quod ne fiat a praepositis generalibus non semel est uetitum); sed, sine ulla secretioris fori notitia, ob lapsus, vel causas in foro externo patefactas, quempiam, tanquam scabiosam ouem, ab ouili secernunt ne inficiant alios.

Quantam autem puritatem et uitae integritatem esse sanctus Pater in Societate uoluerit, suo loco demonstrabitur, allatis uariis, ob quas plures dimissi ^j sunt, causis longe minoribus, quae nunc spectari soleant in dimissione discolorum. Addo: sanctus Pater ab omni grauiore lapsu Societatis homines optabat esse immunes, ut dicere soleret, se nolle sub eodem tecto una tantum nocte dormire, si quem ibidem sciret mortali aliquo ^k esse inquinatum peccato.

ORDO DOMESTICUS TEMPORE SANCTI PATRIS IGNATH.

Praeter ea, quae supra dicta sunt, commemoranda sunt alia, quae, uiuente sancto Ignatio, Romae seruabantur. Elapsis 7 horis somni, excitator sine ingressu in cubicula, fores tantum pulsando, sanos dormientes excitabat. Elapso dein horae quadrante ingrediebatur singulorum cubicula, et, si quem adhuc in lecto

ⁱ immerito num *ms.* — ^j demissi *ms.* — ^k aliquem *ms.*

^o Vide quae supra, pag. 331, hac super re diximus.

iacentem inuenisset, ex regulae praescripto culcitram ei vsque ad cinguli locum detrahebat. Campanula satis sonora (qua ad hunc vsque diem in domo professa romana utuntur) erat, qua tunc excitabantur a somno, et uocabantur ad orationem, et examina, et mensam; appensa enim erat intra parietes domus, sed extra in suprema parte muri ad ipsum tecti initium.

Sacrum audientes fratres vel minister vel subminister quotidie uisitabat in templo, idque praescripto regulae ab ipso S. Ignatio factae, ut uideret an aliquis, genua flectens, scamno aut cancellis altaris (quod erat omnibus uetitum) inniteretur.

Quotidie minister et subminister uisitaba[n]t omnia prorsus cubicula, et officinas domus, et templum, ut uiderent an essent munda et bene composita omnia: subminister quidem ante prandium statim post primum sacrum; minister autem post prandium, praesertim ut uideret an aliqui tempus perderent, uel otiosa loquendo, uel dormiendo, uel alio modo.

Quotidie dicebatur missa aliqua pro benefactoribus, et praeterea alia quauis hebdomada et alio quouis mense pro iisdem.

Non licebat clauiculos muro infigere sine licentia, nec extrahere infixos.

Inter casus reseruatos erat quoduis peccatum mortale actuale. Item si quis uel minimam rem accepisset sine licentia, etiamsi esset vna penna. Item si quis confiteretur extra domum. Item quaeuis cogitatio deliberata contra Societatem uel superiorem eius aut contra vocationem suam, si esset alicuius momenti.

Quouis mense sindicabantur omnes domestici, etiam ipse superior, hoc modo. Vltima die mensis monebat omnes minister, ut primo uel 2.^{do} die mensis sequentis quilibet scriberet defectus, uel aliquid, quod in aliis notasset. De ipso superiore, si quis aliquid notasset, quilibet uel scripto uel oretenus manifestabat uel ministro, uel secretario, uel alicui alteri maioris momenti Patri, a quo deinde dicebantur superiori ipsi notata in eo a subditis, non indicatis tamen personis, qui aliquid in superiore notant.

Non licebat conuenire coadiutoribus ad colloquia, in horto uel ambitibus, pluribus quam duobus; poterat tamen tertius se

eis adiungere sacerdos, sed non coadiutor. Si aliquem saecularem in aliquo domus nostrae loco sedere contingeret, non licebat vlli nostro sedere in alio loco ei opposito.

Omnes, qui non erant legitime impediti, tenebantur comedere ad primam mensam, ad quam tres libri legebantur: primo aliquid ex Scriptura, secundo uita alicuius sancti, tertio liber de contemptu mundi. Licebat autem lectori, si uolebat, dicere aliquid per modum pii discursus de pulchro aliquo puncto libri, quem legebat. Scriptura legebatur aperto capite et stando; alii libri sedendo et capite tecto legebantur. Etiam dum titulus uel capita libri legebantur non licebat assurgere, aut aperto capite ea legere, sed tecto; qui mos ad hunc diem Romae durat.

Licentiam comedendi apud saeculares, et alloquendi moniales, et domo exeundi tempore bachanaliorum, et uisitandi ecclesias uel stationes, et dicendi missam alibi quam in templo nostro, et foeminas uisitandi, et disponendi de quavis re, etiam minima, titulo eleemosinae domum illata, solus sanctus Pater dabat, vti vt cum nouitio posset ¹ colloqui aliquis saecularis: alias licentias poterat concedere minister.

Qui sine iusta causa communionem omisisset, die sequenti negabatur ei refectio.

Die, quo debebat esse in templo nostro concio, signum ab aedituo pro concione dabatur per bonum horae quadrantem, non breuius; et medio ante initium concionis aedituus monebat janitorem ut signum daret pro nostris veniendi ad concionem: signum autem dabat janitor communi campanula domus, non eo modo, quo datur ad orationem uel prandium, sed eo modo, quo nunc significatur aduentus medici, per solos 3 ictus campanae. Porro omnes prorsus, etiam sacerdotes, nullo excepto, ueniebant ad concionem, quam sacerdotes audiebant ad altare maius ad cornu euangelii, reliqui prope.

Nostri initio confessionis, ex praescripto regulae, primo omnium dicere tenebantur, an aliquid acceperant sine licentia; nec absoluebantur donec acceptum restituerent.

Exhortatio qualibet hebdomada fiebat die veneris, et semel in

¹ possit *ms.*

mense de obedientia ^m, praesentibus omnibus sacerdotibus, maxime nouitiis.

Qui diebus festis erant assignati pro dicendis sacris in templo nostro immediate post concionem, debebant prius exire ex sacristia, et templum ingredi antequam concionator sacristiam intraret.

Quolibet die uespere minister, ex praescripto regulae suae, et ex speciali commissione sancti Patris in ea regula nominata, tenebatur uisitare omnia loca secreta domus, in quibus si inuenisset vel vnam solam guttulam vrinae sparsam in terra, uel supra sedem, uel ex olla non effusam, uel portulam apertam, uel foramen sedis asserculo non coopertum ⁿ, debebat in authorem inquirere, eumque solenni poenitentia mulctare iussu eiusdem P. Ignatii. Haec sunt uerba formalia istius regulae.

Quid in horto domestico faciendum erat, non procurator, sed minister praescribebat. Habebat autem etiam hortulanus noster suas regulas peculiare. Porro ut hortus ter in hebdomada uerreretur, quemadmodum et ambulacra domus, subminister curabat.

Nostri in refectorio mensis seruientes, linteis ad genua protensis et nulla ex parte corrugatis iisque albis praecincti, seruebant, quibus manus madefactas uel re aliqua infectas abstergere, aut panis uel aliarum rerum reliquias in ea conicere nefas erat. Semper autem erat appensum paruum mantile prope locum, per quem ex culina inferebantur cibi, et illo mantili soli ministrantes suas abstergebant manus.

Fragmenta uero panum in parua canistra ad hoc praeparata imponebantur.

Vitra, pro potu singulorum destinata, siue dum inferrentur mensis, siue dum finita comestione auferrentur, digitis contingere, siue intra siue extra, ea in parte, quae ori admoventur dum ex iis bibitur, indecorum putabatur.

Si vicino aliquid deerat, id ministranti, non pulsu uitri aut alterius rei, sed nutu frontis indicabatur.

^m obidientia *ms.* — ⁿ coopertam *ms.*

Dentes tempore prandii uel coenae cultro aliaue re scalpere, uel extractas e dentibus sordes ad mappam mensae abl[u]ere, rusticitas aestimabatur: vti eiicere ex ore uel spinas uel fragmenta ossium aut his similia immediate in orbem, sed in manum sinistram et ex illa deinde in orbem.

Inurbanum erat manu sinistra bibere, eademque tenendo fuscinulam ori cibum ingerere; uti non totum, quod cochleari impositum est, simul ore accipere, sed per partes, et iusculum calidius in cochleari ori propinquo flatu refrigerare; sed maxime tanquam homo rusticanus improbabatur, si quis, cibum mandendo, perpetuo os aperiret, et strepitum quendam diducendo labia aut bibendo ederet, aut iusculo uel pinguedine infectos digitos priores ore lamberet, et non linteolo illo, quo panis tegi solet, abstergeret.

Qui ministrabant mensis, nunquam, dum ante superiorem sedentem transirent, caput ei aperiebant, sed tunc tantum, quando uel intrabat refectorium uel egrediebatur. Praeterea dum aliquis ° alteri siue assidenti sibi, siue remotius sedenti, aliquid ex iis, quae ipsi allata erant, comedendum traderet aut mitteret, quod et nunc Romae seruatur; et si omitteretur ab aliquo, id crassae morum ciuilitati tribueretur.

Omnium culpaе, e suggestu non alia quam italica lingua, etiam sacerdotum, dicebantur a lectore, capite detecto, hac verborum formula: «Ex parte sanctae obedientiae dicitur culpa talis, quia fecit hoc uel illud; pro poenitentia faciet hoc uel illud.» Poenitentia vero nominata, nihil aliud, ne quidem vnum verbum, addebatur.

Benedictio ad 1.^{am} mensam simul ab omnibus, in duos choros distributis, iuxta romani breuiarii praescriptum, voce clara et pronuntiatione lenta, ac sine festinatione ulla, uix celerius quam soleant uerba consecrationis dici in missa, dicebatur; ad 2.^{am} vero mensam quilibet per se submissa voce benedicebat mensam.

Dum uel ualde senes, debilitati, uel conualescentes in refectorio communi cum aliis comederent, vti et 1.^{mis} 3 diebus ho-

° aliquid *ms.*

spites, et concionatores iis diebus, quibus saltem uel semel concionabantur; et per 8 uel 10 dies qui exercitia spiritualia immediate absoluerant, iis cibi plures 8 [diebus] dabantur, uti et illis, qui in cubiculo sancti Patris cum illo comedebant. Quae sancti Patris mensa melior erat quam ordinaria refectorii, id expresse ipso sancto Patre ordinante; qui tamen nihil sibi soli peculiare apponi voluit, quod sibi assidentibus datum non esset; et semel ministrum puniuit quod sibi soli botrulum uuae dedisset.

Aliter dabatur signum ad orationem et examina et mensam, aliter ad alia; nam diutius pulsabatur ad surgendum et ad exhortationem hebdomadariam, nimirum tanto tempore, quantum requiritur ad recitandum lente orationem dominicam et salutationem angelicam; ad examen uero et meditationem et ad mensam pulsus campanae durabat tantum per Ave Maria.

Vetitum erat per regulam vnam ex communibus ne quis aut legeret, aut loqueretur, aut oraret adeo elata uoce, ut alter perturbaretur.

Lecti componebantur ante ortum solem.

Cubicula quotidie uerrebantur; a quo labore excipiebantur professi et aliqui alii occupati in negotiis domus, et his ad componendos lectos et uerrenda cubicula aliquos assignabat minister domus.

Natura dura et difficili praeditis mutua colloquia per regulam erant uetita.

Intranti ex ciuitate domum uel exeunti domo non licebat subsistere ad portam nec prope portam. Quod si aliquid dicendum esset eo in loco alicui, submissa uoce et quasi ad aurem loquendum erat ex praescripto specialis regulae hac de re. Illi enim, qui ad colloquia ad portam uocabantur, iuebantur per regulam extra uiam publicam colloqui, ne impedirent aduentantes et abeuntes; nullique licebat accedere ad colloquium cum aliquo prope portam, nisi esset uocatus a janitore.

Nulli licebat in domestico sacello sacrum dicere aut ad id dicendum quempiam vocare sine licentia P. Ignatii.

Ex rebus domesticis non licebat quicquam donare nec mutuo dare sine licentia ipsius P. Ignatii; quam regulam totam ipsemet

sanctus Pater propria manu adscripserat ipsis regulis communibus domus.

Quando janitor ibat ad audiendum sacrum uel comedendum, iubebatur minister per regulam non quemuis substituere ad portam, sed qui iam esset practicus et cultis moribus, uti erat janitor: quod si nullus tunc talis adesset, ipse minister uel subminister obibat pro eo officium janitoris.

Pro iis, qui manebant in 1.^{ma} probatione, erant a sancto Patre datae singulares regulae 5 ^p.

Vestitus nostrorum erat huiusmodi. Omnes nostrorum uestes, oculis omnibus expositae, erant e panno plane nigro. Materia panni et uestium erat media inter pretiosos pannos (uti est hispanicus, et rasia, ut uocant, florentina) et inter uilem, uilosum ualde et nimis crassum. Nolebat enim sanctus Pater nos instar eremitarum crasso et uili nimium panno uti, nec tam pretioso, quali praelati et clerici ditiores utuntur, sed medio inter utrumque, decenti tamen et clericali statui conuenienti. E simili quoque materia erant indusia nostrorum. Pro biretis tamen quadratis subtilior et melior adhibebatur pannus, uti apparet ex bireto sancti Patris, qui in sacrario collegii augustani asseruatur. Forma uestium erat talis: pallia more hispanico, quae adhuc uigent ubique in Societate, collare habebant erectum tres quatuorue digitos altum; sacerdotibus dabantur protensa ad talos, et fere calceos ipsos attingebant; coadiutores pallia breuiora ueste portabant. Vestis seu sotanna erectum habuit collare fibulis clausum, quo totum collum tegebatur. Vestis sub collo solis fibulis, e filo ferreo nigro factis, sine sericeis aliisque globulis iungebatur, et aperta erat tota vsque ad talos, non semiaperta ad cingulum, uti nunc moris est in Hispania, et apud Patres theatinos in Italia. Collare indusii non prominebat ultra collare vestis, et fere breuius erat, nec extremitatem vestis (uti apud saeculares clericos in usu est) tegebat. Manicae uestis erant ita strictae, ne subuc[ul]la inferior posset uideri. Cingulum erat uel e panni extremitatibus abscissis, uel lana crassiore nigra textum, ac non

^p Non clare apparet an legendum sit 4 vel 5.

pretiosum, duobus digitis non latius; eo uestis per simplicem, non duplicatum, multo minus triplicatum ductum constringebatur, non altius umbilico. Non longius pendebant extrema cinguli, quam fere ad dimidium palmi. Caligae erant separatae a tibialibus integris. Subucula in hieme ex duplicata tela crassiore alba, in aestate ex simplici, non duplicata: astringebatur autem non fibulis, uti uestis, sed nodulis ex filis contextis, qui inter foramina alterius partis inserebantur.

Sancti Patris subucula erat e tela nigra, uti et soccus pro pede olim laeso, quem praeterea alio socculo e panno rubro uili et tenui muniebat.

Calcei nostrorum erant eiusdem formae, qua nunc nostri Romae utuntur. Scissus parum superne calceus ligula aliqua choreacia constringebatur. Intra tibialia ^q soccis, non crassiore quam esset indusii tela, utebantur omnes. Tibialibus non lineis sed ex panno utebantur, ne quidem sanctus Pater, qui totum ex tela nigra socculum ultra pedem non protensum, uix talos inferne attingentem, adhibebat ad munimen, olim in saeculo, salutariter pro nostro bono laesi, in bello pampilonensi pedis. Galeris, quibus extra domum et in itineribus nostri utebantur, erant latiores galeris externorum, et non alti; inferne subducebantur uel toti uel in medio tantum, non alia materia quam uel tela nigra, uel certe subtiliore nigra. Chirotecis nunquam utebantur, nisi longa plurius milliarium itinera facientes.

QUANTO AMORE SANCTUS PATER PROSEQUEBATUR DOMESTICOS

Solebat sanctus Pater, quotiescunque aliquis e nostris occurreret, considerare in eo pretium, quo illius anima redempta est, et Xpum. dominum redemptorem. Quae consideratio tanto replebat santum Patrem gaudio initio fundatae Societatis, ut praeter letitia interna a risu abstinere non posset. Cum ergo cerneret risum hunc excessum esse internae laetitiae, eum ut temperaret, et sola iucunditate uultus sibi occurrentes exhilararet, tot ictus

^q tibilia *ms.*

flagello quotidie sibi infligebat, quoties ita, uti dictum est, risis-
 set: et hac ratione risus excessionem abegit. Solam internam lae-
 titiam retinuit, tali tamen benignitate aspectus erga occurrentes
 sibi radiantem, ut eos quodammodo intra uiscera sua uelle re-
 condere uideretur, dum quempiam transeuntem aspiceret.

Non tantum sacerdotes, sed coadiutores quoque, uirtute non
 uulgari praeditos, ita suis uolebat esse intentos officiis, ne iis
 grauarentur et sub onere succumberent, ideoque candide sibi
 referri uolebat si leuamine aliquo se indigere putarent: quos au-
 tem modestos et uerecundos ac feruentiores esse sciebat, iubebat
 hoc ipsum permittere, ne ^r dum uerecundia laborant, sub immo-
 deratis laboribus conciderent.

Tam beneuole alloquebatur domesticos, et omnia cum iis tam
 benigne tractabat, ut totus uideretur esse amor quidam, id est,
 uniuersaliter amabatur ab omnibus, ut nullus agnitus in Socie-
 tate eo uiuente fuerit, qui eum maximo amore non prosequeretur,
 et se ab eo summe amari non putaret; etsi, uti suo loco
 dicemus, seuerissime exiguos defectus castigaret, et maiore uir-
 tute atque authoritate praeditos Patres, ut Laynium, et Polan-
 cum, et Ludouicum Consaluum, et Natalem saepe dure exciperet,
 minima quaeque in eis emendans uel lingua[e] uel factorum
 errata.

Porro signa et effectus huius erga domesticos amoris haec in
 eo fuerunt. Magnus laetitiae sensus, quam praeferebat, dum uel
 loqueretur de rebus domesticorum omnibus, uel loquentes au-
 diret; ideoque literas nunciales [et] similia bis et ter aliis legi cu-
 rabat.

Quando P. Ludouicus Consaluus ex Lusitania Romam ueni-
 ret, saepe cum eo sanctus Pater locutus est de nostris fratribus
 in Lusitania et India, scire cupiens quomodo comederent, quo-
 modo dormirent, qualibus vestibus induerentur; et multa alia
 minutissima inquirebat. Et quadam uice ei dixit: sane laetarer,
 si scire possem quot pulices qualibet nocte mordeant fratres
 meos. Alter eius erga domesticos amoris effectus ^s erat commen-

^r In ms. pro ne legitur ac. — ^s amoris affectus ms.

datio et laudatio suorum coram aliis, et domesticis et externis, pleno, ut dicitur, ore facta.

Cum Augustae Vindelicorum comitia essent indicta pro principibus et praelatis Germaniae, cardinalis Moronus a Julio 3, romano pontifice, missus eo legatus, petiit a sancto Patre duos e Societate theologos, quibuscum posset de suae legationis negotiis conferre. Concessit ei sanctus Pater Patrem Laynes et P. Natalem, et utrumque praemonuit sigillatim, ut alter alterius auctoritatem quam maxime tueretur et conseruatam uellet; ideoque si alteri eorum punctum aliquod ualde difficile a cardinale, decisionem rogante, proponeretur, illud solus non decideret, ni prius cardinali diceret se consilium iudiciumque sui socii quaesiturum, tanquam eius, qui certiore ea de re, quam ipse, soluere posset sententiam.

Hoc ipsum etiam cum aliis in more habebat sanctus Pater; quicquid enim uideret posse in laudem adferri unius, id alteri amico referebat; quod posset merito improbari in illo, id magno silentio premebat. Quod si de alicuius defectu consultandum esset unusque consilii causa sufficeret, duobus illud non detegebat; si duo necessarii essent, tertio illum non manifestabat, nec, quamvis grauis esset aut fugiendus, quicquam dicebat; defectum enim ipsum consultoribus nude sine ulla amplificatione proponebat.

Eandem ob causam data opera excurrebat in laudes domesticorum coram iis, a quibus certo praeuidebat ad ipsorum laudationem iis, qui ab eo laudati fuerunt, referendum. Ita omnes inquirebat uias suos in laetitia spiritus conseruandi, ut sine gemitibus uiuerent alacres, et Deo mentē serena seruirent.

Diligenter dabat operam ne ulli, et ipsis quoque nouitiis, daretur iusta materia tristitiae et gemitus. Cum recepisset ad Societatem 3 ferrarienses iuuenes ¹⁶, quorum consanguineus abbas quidam conuiuio a nostris excipiendus erat in collegio romano, sanctus Pater etiam 3 illos iuuenes, etsi adhuc in 1.^{ma} probatione essent, eidem interesse conuiuio mandauit; quia vero

¹⁶ *Memoriale*, n. 290, pag. 296.

eiusdem probationis socii ob se non inuitatos tristari poterant, iussit eis mature significari eos quoque die altero in romano collegio comesturos, ut bono et læto permanerent animo. Denique omnes praecidebat occasiones gemituum, et adhibebat etiam omnia ciuilitatis et vrbanitatis aulicae honesta officia ac signa, per quae suos posset in suscepto uitae religiosae instituto conseruare contentos ac laetos, et his maternae beneuolentiae significationibus, quibus sibi domesticorum amorem conciliabat, omnesque prorsus alios longo interuallo superabat.

Ex hoc beneuoli et grati cordis affectu natum est ut, quo die memoria fundatae domus professae romanae quotannis renouaretur, P. Petrum Codatium (cuius procuratione ea fuit fundata) die illo in superioris loco sedere iuberet, et in prandii fine sanctus Pater, detecto capite accedens, manu gestans fundatoriam candelam P. Codatio sedenti tradebat, ipse stans, et honoris causa poplites inflectens, et tanquam superiorem suum pie ac religiose honorans.

Hoc quoque eius erga domesticos declarabat amorem, quod omnes occasiones fugeret, ex quibus quispiam posset cogitare se minoris ab eo fieri, uel aliis postponi. Ideo, dum pro aliquo specioso munere uel missione a principe viro uel romano pontifice aliquis postularetur, eum per se non eligebat, sed a consultoribus, praemissa seria consultatione, certum aliquem nominari pleno eorum arbitrio uolebat. Eandem ob causam, relicturus suum de eligendo Societatis generali praeposito suffragium, nullum nominauit e sociis, sed ei se suum dare calculum scripserat, quem plura aliorum suffragia (se solo excepto) nominassent. Sic dum, morbi ui adactus, vicarium generalem sui loco ad tempus consti[tu]turus esset, eum non ipse per se, sed consultores, ad quos rem totam reiecit, Natalem elegerunt. Sic dum Marcellus secundus, papa, ab Ignatio duos e Societate Patres, in suo apostolico palatio perpetuo mansuros, ad sola consilia pro reformatione ecclesiae danda, petiisset, nullum nominauit per se, sed ad consultorum iudicium remisit. Ne tamen consultores aut ignorance alicuius rei, aut affectu minus recto a ueritate et aequitate deflecterent, tales condiciones et talenta in eligenda

persona explicabat, quibus examinatis non alium quam illum ipsum, quem ille in corde habebat, eligerent. Quod et sine invidia Patris, et sine detrimento boni communis, et sine offensione erga ipsum aliorum, qui electi non erant, fiebat ^t.

Vehementer cauebat ne et domi et foris alicuius domestici existimatio vlla in re, etiam minima, laederetur, et hac in re grauissime plectebat delinquentes. Cum quidam de altero domestico, febre laborante, dixisset externo infirmum prae febris ardore delirare, indignissime id tulit sanctus Pater. Iussit ut, uerae licet historiae narrator, se per spatium trium psalorum caederet facto ex funiculis flagello. Erat autem is vnus e praecipuis Patribus, qui haec de infirmo narrauerat.

Cum tempus instaret quadragesimalis ieiunii, medico aduocato, singulorum e domesticis aetatem, vires, indispositionem et sanitatem examinari iubebat accuratissime, et annotari eorum nomina, quos a ieiunii legibus liberandos censebat, et quibus lacticiniorum uel carniū esus concedendus uideretur. Eos uero, qui nondum 21 annum absoluerant, etsi robusti essent et sani, singulis ieiunare diebus non permittebat, praesertim paruulos: murarios autem fabros et similes coena abstinere non permittebat: dicebatque ita ueterem esse mortificandum hominem, ne simul cum uetere nouus mortificaretur, innuens externas corporis mortificationes, et afflictiones, et experimenta paupertatis ea moderatione adhibenda esse, ne sanitati officerent, aut aliquod eius ledendae periculum adferrent. Hac non contentus diligentia, factum ex medici praescripto catalogum deinceps per aliquot horas examinabat, ueritus ne quis, qui non posset, ieiunare cogeretur. Hoc ipsum in collegio romano et in collegio germanico diligenter seruari mandabat; et cum prima uice id praescripisset, et rem hanc P. Polancus et alii distulissent, uetuit illos cibum sumere, nisi prius catalogum istum cum medico confecissent. Et cum rescuisset in Sicilia permissum nouitiis, eo quod nouitii essent, et aliis junioribus tota quadragesima ieiunare, acrem superioribus reprehensionem scripto transmitti curauit.

^t fiebant *ms.*

Quando uidebat aliquem ex junioribus pallidiorem solito uel debiliorem, praesertim juniorem uel nouitium, diligenter causas examinabat, et longiorem somnum ei praescribebat, ac ministrum, ut talium cura peculiaris haberetur, etiam in uictu et aliis minuendis laboribus, monebat. Eandem ob causam peculiari regula ministris praecepit, ut, qui exercitiis spiritualibus se exercuissent, illi, instar conualescentium, per 8 uel 10 dies in refectorio cibis melioribus reficerentur. Tanto enim feruore tunc exercitia suscipiebantur, ut debilitatae uires corporis ciborum instauratione egerent.

Captabat quoque omnem occasionem sanctus Pater suos exhilarandi domesticos omnibus, quibus honeste poterat, modis. Cum ergo audiuisset Benedictum Palmium, necdum sacerdotem, insignem tamen concionatorem, occurrenti cuidam pauperulae vetulae dixisse se tali die concionaturum, eamque ad suam inuitasset concionem, hilari tulit animo hunc sanctus Pater Benedicti candorem, quem ut dicendo exhilararet, cum aliquid faciendum illi iniungebat, loco praemii addebat: hoc, inquit, si recte feceris, accersam et ego aliquam uetulam ad tuam audiendam concionem.

Cum domum rediret aliquis, peracto negotio sibi a sancto Patre iniuncto, laetis eum excipiebat oculis aduentantem, et, eius sermonem praeueniens, hilariter interrogabat: bene; quomodo res successit? ex animi ne tui sententia? contentus ne es? et his similia, quibus et solabatur hominem, si res optatum non habuisset successum, et ad peragenda deinceps negotia animabat.

Cum audiuisset Benedictum Pererium, rethoricae in collegio romano professorem, Valentiae natum, acriter perstrinxisse in schola Ludouici Viuis, conciuis sui, de fide mala suspecti^u, opera, quae tunc ab incautis occulte cum gustu legebantur, aduocauit Pererium, et ualde hoc in eo laudauit. Et huiusmodi laudibus ab aliis quoque praeclara gesta ultro commendando, tum iis absentibus, tum praesentibus mirum in modum excitabat

^u mala suscepti *ms.*

in suis animos ad res strenue pro Dei gloria et Societatis bono peragendas. Denique nihil omittebat eorum, quibus posset domesticos hilares reddere ac conseruare, et ad maxima quaeque pro Deo obsequia excitare. Quam etiam ob causam, quantum poterat, non per se, sed per alios, ea imponi curabat suis, quae eis aliquam iustae tristitiae causam allatura uidebantur, et quae magis afflixissent eos, si putarent ea a sancto Patre conscio ac iubente sibi iniuncta fuisse. Ita maternum sancti Patris cor omnem amouebat a se, non tantum actum, sed umbram ipsam novercalis animi. Quae causa fuit, ut cum post collegii romani regimini praefectos uiscerum maternorum iucunditatem^v uiuens ea conditione regere iussit romanum collegium, ne quamdiu uiueret ab eius regimine remoueretur, ratus se mortuo non facile inuentum iri alium, qui eius charitatem aequaret.

Eminebat etiam in hac re B. Patris erga suos charitas, quod omnes Romam venientes, et iterum inde discedentes, secum prandere iuberet, magna eos excipiens benevolentiae significatione. Contingebat autem non raro ut aliquis, negotio aliquo impeditus, sub ipsum prandii finem comesturus cum Patre accederet, quando is nihil aliud quam exiguum panis bolum habebat; ille tamen hilari animo omnes statim afferri cibos iubebat; et ne festinaret comedendo, aut comedere solus erubesceret, ita sanctus Pater suum illum uellicabat bolum, et micas ex illo auellebat, ac perpetuo mandebat, donec alter sine festinatione ulla ac rubore omnia, quae mensae illi apposita fuerant, comedisset. Et tum demum sanctus Pater suum illum bolum finiebat.

Cum uideret aliquem iuuenem sapide comedentem, mire recreabatur sanctus Pater, eamque ob causam aduocabat ad suam mensam Benedictum Palmium, pinguiculum adolescentem, et comedentem iucunde aspiciebat, et ne erubesceret animabat. Ita in omni occasione maternum erga suos affectum declarabat. Hoc quoque amoris eius erga domesticos indicium fuit, quod semper omnia bona interpretaretur quantum poterat; vnde natum erat domi prouerbum: «Interpretationes Patris».

^v Sic in ms. *Aliquis versus desideratur, nam sensus periodi relidus est imperfectus.*

Quamuis magnificeret experimenta peregrinationis menstruae, tamen, si periculum appareret laedendae uoletudinis ob intemperiem veris [aëris?], domi retinebat nouitios, et loco peregrinationis ad uisitandas 7 Vrbis ecclesias, et, ut ibi appellant, Scalas sanctas eo[s] mittebat.

Dum paruulos in Societatem reciperet, uetabat ne ita in 1.^{ma} probatione includerentur arcte, uti alii includebantur; ideoque permittebat eos, uti et alumnos collegii germanici ad Societatem receptos, deambulare in horto et in ambulacris domus, dummodo tamen nullum prorsus alloquere[n]tur e nostris sine speciali licentia.

Quando ab aliquo e nostris fratres parui disponebantur ad ingressum in Societatem, hos aduentantes magna beneuolentia sanctus Pater domi excipiebat, ientacula dabat: et cum quidam Petronius ¹¹ canistrulum ficibus plenum per suos fratres sancto Patri donum misisset, sanctus Pater, aduocato domus ministro, illis audientibus, eas asseruari iussit pro illorum esu applicandas, postquam ingressi essent in Societatem. Quod deinde, postquam illi in Societatem ingressi sunt, religiose seruatum est.

Quod si aliqui non possent ferre 1.^{ma} probationis solitudinem, iubebat eos modo ab hoc, modo ab illo uisitari, ne afficerentur taedio.

Aegre ferebat si necessaria uictui nostrorum non suppeditarentur. Qua in re ne procuratores errarent, 3 ueluti in classes diuidebat romanam victus rationem: 1.^{am} cardinalium et uirorum principum; 2.^{am} virorum nobilium non supremæ authoritatis; 3.^{am} opificum et uilioris conditionis personarum. Ex his mediam in Societate seruari uolebat. Sed praestat audire unum exemplum: Erat in Romana domo parcus procurator ¹², quem ut confunderet ac emendaret sanctus Pater, et ad debitæ charitatis erga domesticos affectum conduceret, cum intellexisset eum in cuiusdam cardinalis prandio lampredas comedisse, aduocatum ad se ita allocutus est: Itane tu comedis lampredas, quod non improbo, et fratribus ne quidem bonas emis sardellas? (genus est

¹¹ *Memoriale*, pag. 192, n. 75; pag. 279, n. 258.

¹² Pater Pontius Cogordanus. *Memoriale*, pag. 249, n. 193.

piscium, quibus mediocris fortunae homines Romae vescuntur, Eas, et deinceps fratribus eme lampredas. Cumque se procurator in hanc et alteram partem torqueret, et sibi tantum deesse pecuniae, quantum expendi oporteret pro lampredis assereret *, sanctus Pater perstitit in sententia, et omnino pecunias quaeri iussit, et lampredas emi. Quod quidem sanctus Pater non eo dicebat animo, quasi uellet nostros uesci lampredis, sed ut parum dedolaret hominem, et ad charitatem inflecteret. Vnde per dies aliquot ita eo uexato, tandem admonuit ut, loco lampredarum, minoris pretii pisces emeret, nec tam caros ut pro principum mensis utebantur, nec tam uiles uti pro rusticorum usu emuntur.

Ex hoc erga domesticos amore, quos tanquam filios Dei tractari volebat, prouidentia parentum saecularium ex Dei amore destitutos, nascebatur, ut inter antiquas regulas, anno 1549 a se factas, tam in ministri quam coci regulis praescripserit, inter alia, duo: 1.^m ne cibis vna uice totum sal iniiceretur, sed [per] partes, bis uel 3, ne semel eo iniecto cibi uel nimium salsi uel insulsi uel insipidi praeberentur. Et binis hac de re regulis non contentus sanctus Pater, sed etiam modum iniiciendi salem coco praescripsit, nimirum: ut 1.^{ma} uice, dum caro despumata bullire inciperet, mediam partem salis imponderet; 2.^{da} uice 4.^{am} partem; 3.^a uice reliquam partem. Neque hac contentus diligentia, alia praescripsit regula, ut subminister bis quotidie inuiseret culinam inulto ante prandium et coenam, et numeraret allatas portiones, num tot essent, quot erant ^y necessariae pro numero personarum, ne ob alicuius defectum minor aliquibus portio, quam par esset, daretur. 2.^{da} Ut alternis hebdomadis minister cum subministrato per uices, tam ante prandium quam ante coenam, bis uel ter gustaret cibos in singulis ollis, et uiderent an essent bene conditi et sapidi, ne male conditi et insipidi in triclinium inferrentur. Quos etiam ab ipso coco gustari praecepit in ultima regula eius officii, addita hac causa et motiuo; ut cibi sapidi tribuerentur, tanquam pro Dei nostri amore, pauperibus eius. Et quod aliis ipse faciendum praescripserat, hoc multo ante ipsemet factis

* assereret *ms.* — ^y erunt *ms.*

docuerat. Cum enim in statu veneto ante fundatam Societatem socii iuuandis animabus incumberent, illa hebdomada, qua per uices ille in tugurio remanebat sociis coquens cibos, omnium optime et sapidissime coquebat et condiebat, quamvis ipse, dum esset factus praepositus generalis, de cibis soli sibi allatis male conditis nunquam sit conquestus, nunquam eos respuerit, imo eos reprehendere solitus fuerit, qui ² de ciborum, pro solius illius usu allatorum, mala [conditione] quererentur.

Nunquam credebat aliis, dum quempiam accusarent, nisi, audito accusato, inuenisset uere reum. Ne autem accusationes a ueritate deflecterent, scripto eas comprehensas sibi tradi uolebat: tum demum advocabat accusatum, et an id esset uerum inquirebat, et opportuna adhibebat remedia, nil incorrectum relinquens in iis, de quorum emendatione spes erat; solos incurabiles et ad dimissionem destinatos quandoque sine correctione relinquens, ne frustra laboraret.

Sed hunc charitatis affectum maxime demonstrat miram, quam habebat, curam sanitatis suorum, tum ne sani in morbum ³ inciderent, tum ut sanarentur infirmi; ideoque, quamuis romanum collegium eius tempore ualde esset numerosum, rarissime, et non nisi leuissime, infirmabantur. Ne autem incuria domesticorum iis aliquid deesset, quotidie iubebatur emptor ad ipsum accedere eique significare num omnia prouidisset infirmis, quae infirmarius exigebat. Quod si deesset pecunia pro necessariis emendis, uasa stannea iubebat uendi: iis uero diuenditis, lectorum tegumenta, ad sanorum usum destinata, sortibus iactis, uendi curabat.

Quamlibet circa curam infirmorum negligentiam puniebat; nec ipsi ministro parcebat, si contigisset aliquid eius incuria neglectum pro solatio infirmorum, uel si is ei non statim significasset num aliquis male ualere coepisset. Vnde quendam P. Bernàrdum, ministrum ¹⁵, nocte intempesta domo expellere

² tum *ms.* — ³ *Iterantur uerba* in morbum.

¹⁵ Erat is P. Bernardus Oliverius, de quo haud semel cum laude dictum est. Rem uero, de qua hic agitur, uberius explicat *Memoriale*, n. 31, pag. 167.

uoluit ob rem quandam infirmo non suppeditatam. Dum alicui vena incisa esset, mittebat subinde aliquem, qui postea inspiceret num bene fascia esset constrictum bracchium, ne casu aliquo sanguis erumperet. Noctu aliquoties, alios excitare nolens, ipsemet, praesertim nouitios, tanquam minorem sui curam gerentes, adibat, et num bene haberent ligatum bracchium inquirebat. Quotiescumque aliquis scholasticorum in collegio in morbum incideret, nunciari mandauit. Et hoc solum dicebat esse, quod eum tremere et ualde timere faceret, dum quempiam e scholasticis collegii aegrotare audiret. Cum enim medicorum consilio coactus esset a gubernationis curis animum auertere, et ideo uicarium sui loco nominasset a consultoribus electum, quamuis omnia alia, etiam grauissima Societatis negotia, vicario cum plena potestate tractanda reliquisset, solam infirmorum curam sibi soli reseruauit, quam semper habuit exactissimam et liberalissimam sine ullo personarum discrimine. Hanc ob causam cum uideret sanctus Pater pro recreatione conualescentium et scholasticorum nostrorum necessarium esse locum aliquem suburbanum, ad quem pro abstraendo a studiis et a domesticis angustiis animo secederent, et sub libero coelo in amplis hortorum pomarii ac uineae spatiis se recrearent, etsi tunc domus debitis premeretur, et magna esset Romae caritas annonae, et cardinales numerum familiae diminuerent, et domi nulla pro aedificando pecunia esset, ea mutuo accepta, in domo professa ualetudinarium extrui iussit, et simul uineam, ut vocant, Balbinam emit, et in ea pulcherrimum trium contignationum aedificium erigi curauit, et triclinio, et sacello, et cubiculis aliquot elegantibus, ac cellario et puteo instructum, illudque non uulgari opere, sed ualde pulchro et eleganti ad speciem elaboratum, eo plane modo, quo uirorum ^b principum aedificia in hortis suburbanis in Italia exstructa cernuntur, et quo exteriore ornatus ac florum et picturarum incrustatione nullum in his partibus collegium uel religiosorum domicilium exornatum uidi.

Quamuis maturae virtutis Patres, etiam primarios, ualde non

^b quo uiuorum *ms.*

nunquam reprehenderet dum id mererentur, cum nouitiis tamen et junioribus ualde benigne et blande procedebat, et mortificabat quidem rebus ipsis confusionem magnam et abnegationem propriae voluntatis ac iudicii adferentibus; modo tamen agendi suauis, ac uultu sereno et beneuolentiam spirante, uerbisque ab omni acrimonia alienis talia iniungebat, ne ab humana uicti fragilitate deficerent.

Cum quidam nouitius occurrisset ei, uiuidos huc atque illuc conuertisset oculos et curiose omnia circumspiceret, substitit sanctus Pater, [et] alloquens, ita eum correxit: Joannes Dominice (sic enim appellabatur), modestiam, quam Dominus noster tuae dedit animae, cur non etiam ostendis in oculis? et sic admonitum reliquit.

Alium nouitium, fabro murario lateres adferentem (dum murus uersus Capitolium, publicae uiae adiacens, erigeretur), intuitus, agnouit uehementer confundi; notus enim sāt in Vrbe, et hobili loco natus, et hanc ob causam ualde afflictus. Veritus ergo ne tenera planta, graui mortificationis pressa onere, concideret, vetuit ne amplius eo in loco compareret, et nouitii directorem, illo absente, acriter reprehendit, quod eum indiscrete in loco, cunctis romanis peruiso, ad talia obsequia detrusisset, quibus ferendis eo tempore teneram adhuc illius virtutem imparem esse cogitare debuerat.

Speciali regula, inter regulas ministri posita, praescripserat sanctus Pater ministro, ne ullum officium sine expresso suo scitu iniungeret ei, qui esset ab aliqua inualetudine liberatus; volebat ut conualescentibus, etiam si iam in ualetudinario non manerent, per manus infirmarii cibi darentur, et nihilominus essent sub cura medici, sicut erant ^c antea dum essent infirmi.

Inter regulas infirmarii vltimam posuerat, ut solícite inquireret ab infirmo, qui essent ei magis grati ex domesticis, a quibus uisitari uellet, et isti soli, non alii, admitterentur ad recreandum infirmum, quos admittere erat in potestate infirmarii.

^c nihilominus esset sub cura medici, sicut sunt *ms.*

AMOR RELIGIOSAE AEDIFICATIONIS ET DISCIPLINAE
IN SANCTO PATRE EXIMIUS

Valde erat intentus sanctus Pater ne quid eius tempore fieret, quod et praesentibus et posteris mali speciem exempli praeberet; ideo et facta quorundam improbabat et puniebat, quae scandali posse occasionem praebere uidebantur, et impendebat ne talia apparerent. Hanc ob causam pro recreatione suburbana nostrorum nil aliud praeter deambulationem et iucunda colloquia permittere uoluit, nisi tridiculorum lusum, in quo per circulum ferreum, siue supra mensam siue supra terram, globi malleolo traiciuntur; et tabellarum rotundarum, quae per mensas longo tractu certis conditionibus protruduntur. Et magna postea poena affecit Patres Olaium ac Ribadeneiram ac alios, quod malum aureum inter se mutuo proiicerent, manu ^d utraque proiectum apprehenderendum; quod si casu excideret vel non apprehenderetur manu, salutatio angelica recitanda erat. Ob hunc, inquam, lusum eos puniuit, uti et alios, qui alium lusus modum inuenerant, nolens similia in exemplum trahi.

Omnibus consultoribus poenitentiam iniunxit, quod, non praemonito lanione de praescripto medici, missus fuisset emptor ad carnes in macello tempore quadragesimae emendas pro esu quorundam nostrorum: ideoque ipsum dein ministrum ad lanionem misit, qui eum doceret id ex iusta necessitate fieri et medici praescripto.

Vetuerat ne domi a nostris abluta indusia et lectorum lintamina aliaue in locis, saecularium aspectui expositis, siccanda appenderentur, iudicans rem non esse boni exempli.

Eandem ob causam barbam a nostris ali uetuit, uel ad similitudinem saecularium tonderi; ideoque, quoniam tum barbarum tonsore uterentur nostri, non aequae distantes omni ex parte pili barbae reliquebantur. Ne sub mento longior promineret barba quam a lateribus, et non in acutam apicem, sed in rotundae figurae speciem delinearet, deinceps, id non nouacula, sed solis

^d nam *ms.*

forficibus barbas iussit minui; et ut ipse praeiret exemplo, propriis ipse manibus barbam suam abscidit, et omnibus ex partibus aequalem et aeque vndeque a carne distantem retinuit, quemadmodum nunc omnes sancti Patris imagines, et antiqua eius facies mortui formata ex gypso [et] statua representat.

Indecorum putabat si in cubiculis nostrorum, oculis intrantium expositae apparerent scopae, calcei, lucerna aut ollula nocturna, aut lectuli pendentia lintheamina, uel indusia et his similia; ideoque in cubiculo sancti Patris, praeter mensam, scamna, libros et suppellectilem scriptoriam ac lauacrum, nihil cernebatur, uti nec pauimentum sputis coinquinatum. Quamobrem exiguum testaceam scutellam, etiam dum iret cubitum, capiti proximam habebat, in quam exspueret, hac quoque in re ostendens amorem mundicie.

Cum cardinales proposuissent summo pontifici ¹⁴, ut nostrae domui professae quouis mense titulo eleemosynae 50 scuta tribuerentur, et non per modum redditus, quo ea liberius domus professa posset percipere, summus pontifex omnino uolebat esse perpetua: ne autem domus professa ea respuere[t], posse fieri bullam, qua protectori Societatis tempore existentis fieret potestas illa scuta accipiendi, et pro libitu uel collegio romano uel domui professae applicandi. Sanctus Pater, postquam id intellexit, consultationem instituit, cui ipse quoque praeter morem adfuit. In ea consultatione duo fuerunt conclusa: 1.^{mo} si papa id daret tanquam eleemosynam, quemadmodum dant cardinales, id bene cessurum Societati; 2.^{do} nullo modo admittendum ut talis bulla fiat, sed ut perpetuo cedat in beneficium collegii, a domo uero professa non acceptetur.

Regula speciali sanctus Pater vetuerat, ne ullus e domo professa sine speciali licentia in ullo collegio comederet, ut rectores collegiorum, si opus esset, sine [scrupulo] possent iurare, nihil domui professae ex collegiis beneficii accessisse; permittebat tamen res ad certum tempus accipi ex collegiis mutuo.

Cum collegium panormitanum multos pro domo professa fru-

¹⁴ De Julio III sermo est.

ctus et uasa testacea misisset, sanctus Pater noluit ea a domo professa recipi, sed ad collegium misit, nolens aliis modis domos a collegiis iuuari, quam dando mutuo aliquid ad breue tempus. Hanc ob causam, quando pro usu alicuius infirmi in domo professa uino collegii opus erat, sanctus Pater tantundem ex domus uino ad collegium per modum commutationis mittebat.

Cum quidam uni e nostris certam pecuniae summam dedisset in pia opera impendendam, et partem domui professae destinasset, imo in potestate illius nostri reliquisset ut, si uellet, totam illam pecuniam nostris domiciliis daret, sanctus Pater uetuit ne ulli prorsus domicilio nostro quicquam ex ea pecunia daretur, ut esset ab omni specie auaritiae alienissimus.

Cupiebat exactissime seruari omnia, quae ad uitae religiosae disciplinam et perfectionem spectabant; ideo, etsi suavissime procederet cum omnibus et omnes tenerrime diligeret, uti supra uidimus, defectus tamen quosuis seuerè puniebat, et pro rebus paruis maximas saepe poenitentias iniungebat, uolens omnes esse sine macula et ruga, quod ex hisce exemplis apparebit.

Si quis dixisset uerbum, aliquam iniuriam praeferens, ordinatione scripta imposita erat talis poenitentia, ut per 3 hebdomadas tribus diebus in hebdomada prandium et coenam sumeret ad paruam mensam, et careret omni alio cibo seu ferculo, sed tantum pane, et uino, et menestra seu olere esset contentus.

Qui alloqueretur aliquem, quem alloqui non debebat, sine licentia, uel publicam in refectorio subibat disciplinam, uel per triduum ad paruam mensam pane et aqua, uel pane et uino ac sola menestra, pro arbitrio superioris, uesceretur. Non obedienti prorsus omnis cibus eo die negabatur, ut et illi, qui [sine] iusta causa communionem omisisset, uel qui non fuisset confessus tempore sibi pro confessione assignato.

Cum Pater prouincialis Siciliae ¹⁵ non esset executus quoddam sibi a sancto Patre iniunctum, iussit, in uirtute sanctae obedientiae, ut quauis hebdomada semel ieiunaret in solo pane et uino et menestra seu olere, et per psalmum *Miserere se cede-*

¹⁵ Hieronymus Domenecus.

ret tamdiu, donec responsum acciperet; et Pater noster [certior fieri volebat] de facta illa re, quam ei faciendam iniunxerat.

Cum P. Didacus Guzmanus, nimis urgendo, petiisset licentiam Lauretum peregrinandi pro impetranda sanitate papae Marcello, sanctus Pater publicam disciplinam propter hanc eius importunam petitionem iniunxit, quanquam postea eam in publicam repraehensionem commutauit, ut suam culpam diceret; eo quod non debeant talia vrgeri, sed tantum nude et simpliciter superiori proponi.

Cum quidam ioco dixisset quaedam detractoria, sed falsa, sanctus Pater dedit disciplinam personis II, partim quod credidissent dicenti, partim quod et credidissent et locuti fuissent inter se hac de re.

Quidam e praecipuis magistris, quod Venetiis alterum uerbis pungentibus affecisset, etsi tantae auctoritatis esset ut sine eo scholae dissoluendae uiderentur, quamvis pro illo intercederetur, sanctus Pater iussit eum mitti pro poenitentia ad peregrinationem 3 mensium, et ut, ea finita, Romam veniret; quod si id facere nollet, ut e Societate pelleretur.

Quendam Syluestrum ¹⁶ e Societate dimittere uoluit ob solam inobedientiam erga medicum, tempore infirmitatis ostensam.

Franciscum Marignum, magnae auctoritatis Patrem, solum ^e ob hanc causam dimisit, quod in tractandis negotiis cum uiris principibus ea non iuxta voluntatem et iudicium superiorum tractasset; et cum is peteret ad sequentem diem dilationem, id ei concedere noluit, sed nocte intempesta eum domo expulit.

Quendam fratrem coadiutorem eam solam ob causam dimisit, quod, lauando pedes infirmi cuiusdam nostri, manum paulo altius protendisset quam opus esset, quamvis frater iste per nouem uel 10 annos uixerit semper cum bona aedificatione, et infirmis seruiisset cum magna humilitate et patientia et charitate, et cui tantopere fidebat sanctus Pater, ut eum ad domum cuius-

• oum [sic] ms.

¹⁶ Vide *Memoriale*, n. 31, pag. 168, et Polanci locum ibi laudati, a quo certe res multo melius cum suis adjunctis declaratur. Porro sermo est de P. Silvestro Landino.

dam medici infirmi ad eius obsequia miserit, in cuius domo sine socio per mensem manserat. Praeterea infirmus ille erat aduena, et cum quo nullam antea familiaritatem habuit, et ne quidem conuersionem, nec quidpiam aliud, quod suspicionem mouere posset ab eo malo affectu tactum ¹⁷.

Alterum similiter dimisit, quod, satisfaciendo naturae, uisus esset se nimium denudasse.

Antonium Marinum, primum in collegio romano philosophiae professorem, magno ingenio et eruditione praeditum, e Societate dimisit eo quod haberet diuersum a superioribus de rebus Societatis iudicium, et illud nollet submittere: dimisit eum tunc, quando Societas egebat personis, et carebat idoneis ad docendum usque adeo, ut debuerit eius loco ponere quendam nouitium belgam, ante paucos menses in Societatem receptum.

9

RESPONSIO P. MANAREI AD QUAEDAM

LANCICII POSTULATA ¹

RESPONSIO AD QVAEDAM POSTULATA

DE B. P. N. IGNATII VIRTUTIBUS ET DOCUMENTIS A

NICOLAO LANCITIO ROMAE THEOLOGIAE STUDIOSO

PARS PRIMA

Petis, frater charissime, quaedam de beato Patre nostro, ad

¹⁷ Prudens lector per se ipse statuet quid de hoc ac sequenti exemplo sentiendum sit. Nobis vero, qui Ignatio consultum ac prospectum volumus, eadem recte exponi non videntur: non enim si, prout narratur, res accidisset, poena ab Ignatio imposita admissae culpaе respondere aut par esse diceretur. Et fortasse aliae inerant causae, eademque non leues, uni Ignatio aut paucis aliis cognitae, ob quas illi, de quibus agitur, a Societate expelli debebant; atque occasio, ut ejicerentur, quaerebatur; quae, quamvis levissima, cum oblata fuisset, Ignatium tamen ad eos dimittendos pepulit. Adde quod huiusmodi res in talibus adjunctis accidere potuerunt ut, impunitae si negligerentur, fierent malorum irritamenta et alios in perniciem traherant.

¹ Ex originali, in codice *P. Manarei historica*, ff. 33-36. Editum fuit hoc monumentum a Patribus Bollandianis, *Acta Sanctorum, Commentario praeuio*, nn. 878-914. Etiam lectiones varias, quae in dicto monumento edito reperiuntur, dabimus, nisi hae sensum minime mutant, ut *ajo pro dico*,

quae paucis respondebo, prout ^a memoria praeteritorum subministrabit.

1. Vbi et in quo loco seu ^b sacello Christus, apparens beato Patri nostro, se propitium illi fore promisit?

Respondeo me latere. Illud solum commemorari olim audiui, fuisse oratorium seu sacellum, non procul a via publica, situm ^c inter Bononiam et Florentiam; nam ex via ad illud deflexerat ob vicinitatem ac loci opportunitatem ad orandum ^a.

2. Quod attinet ad examen particulare, ab ipso mihi impositum, res ita se habuit. Cum ex Urbe Lauretum profecturus, et primam coloniam ^d ducturus, ad B. Patrem nostrum adiissem cum sociis, praesente P. Ioanne Polanco, secretario, vt benedictionem ipsius peteremus ^a, ipsum fixius in vultu et oculis sum intuitus, praesagiens me vix illum amplius reuisurum in terris. Hanc immoderationem meam sapientissimus medicus sanare volens, hanc medicinam applicuit, non tamen in ^e ipso loco, quia, vt benignus erat, nolens, opinor, me coram aliis acriori, sicuti merebar, admonitione confundere, retinuit tantisper apud se P. Polancum dum ab eo recessissemus. Cum vero ad portam

^a ut *Bollandiani Patres*.—Nisi contrarium expressis verbis dicatur, sequentes annotationes referuntur ad exemplum, a Patribus Bollandianis datum, de quo sermo est in annotatione 1. — ^b Desiderantur duo praecedentia verba. — ^c positum. — ^d primum colonias. — ^e Desunt duo praecedentia verba.

vel quid simile. Divisio in tres partes non habetur in ms.; eam desumimus ex Bollandiano exemplo.

^a In sacello vici Stortae, sex circiter milliariibus italicis ab Urbe distantis, caelesti hac apparitione Ignatium dignatum esse scriptores nostri tradunt. Videantur *Acta Sanctorum*, loc. cit., §. XXVI, ubi res accurate examinatur ac stabilitur. POLANCUS, *Chron.*, I, 63, ait id contigisse cum «Romae appropinquarent, et ad templum quoddam Ignatius orationis gratia divertisset...», in praedicto templo prope urbem, Patrem aeternum Christo Societatem commendantem et quasi in manus ejus tradentem in spiritu vidit, etc. Eadem aliis verbis referunt RIBADENEIRA, *Vita Ignatii Loiolae...*, lib. II, cap. 11; MAFFEJUS, *De vita et moribus Ignatii...*, lib. II, cap. 5; et nuper CLAIRE, *La vie de Saint Ignace de Loyola*, lib. III, cap. 1.

^a Anno 1554 exeunte. Lauretani S. J. collegii initium et originem narrat POLANCUS, *Chron.*, IV, 45-47. Videatur ipse MANAREUS, *De rebus Societatis Iesu commentarius*, cap. IX, §. 1.

domus extremam fere peruenissemus, en P. Polancus iubet me subsistere tantisper, dum mandatum Patris exponeret.

Medicina ergo haec fuit: Quia (inquit P. Polancus) Pater noster animaduertit in hoc ultimo congressu, quod nimis fixe oculos in ipsius vultum coniectos tenuisti, quod argumentum est arrogantiae, pro poenitentia mandat, vt quotidie saltem semel in examine conscientiae consideres, an in alicuius, cui reuerentiam debeas, vultum ^f oculos tuos diutius fixeris inter loquendum, et vt post examen recites orationem Dominicam cum Angelica; et quoties denique ad eum scribes (scribere autem debebam ex praescripto regulae singulis hebdomadibus) referas an persolueris poenitentiam vel non. Haec autem poenitentia extracta est in decimum quintum mensem, quo euoluto, significauit B. Pater vt ^g abstinerem.

3. De humilitate eius haec habeo, quae ^h, praeter ea, quae P. Ribadeneirae hystoria continet, notatione ⁱ digna mihi semper visa sunt. 1.° Dum ^j me nouitium et mei similes admittebat, imo inuitabat perbenigne ad colloquium et ad assidendum ad latus, modo in horto, modo alibi, vt vsus veniebat. 2.° Quod, dum aegrotarem, non grauatus sit me inuisere, et amanter paterneque solari, offerens pixidem manna refertam, dicens: en, Oliueri, manna, quod iam iam accepi a proregina Siciliae ^k; illud ipsum tibi dono vt recreeris, et eo vtaris ex medici praescripto. 3.° Quod, dum interdum ad suam mensam priuatam me vocaret, non ^k dedignaretur cibum, quod et aliis facere solebat, subministrare furcinula, ac pomum vel pyrum, a se concinne decortica- tum, porrigere. 4.° Quod audiremus saepe ipsum de se inter loquendum valde humiliter ac demisse interserere epitheton humilitatis, v. g.: misera anima mea; me peccatorem; me pau- perem, seu, pauperem animam meam ^l. 5.° Quod, de Societate loquens vel scribens, simili moderatione vteretur: haec nostra ^m minima Societas; de hac minima Societate nostra, etc. 6.° Quod

^f vultu. — ^g ut deinceps. — ^h Deest hoc verbum. — ⁱ annotatione.
— ^j 1.° Quod. — ^k nec. — ^l Deest hoc verbum. — ^m Deest hoc verbum.

⁴ Eleonora de Osorio, Ignatii Societatisque studiosissima.

illam vel non laudabat, vel valde parce et sobrie id faciebat. 7.^o Quod, vt cubiculum habebat humile, ita supellectilem habuerit semper modicam, et ipsam semper tenuem. 8.^o Quod virtutes suas studiose occultabat, et sua arcana, deuotiones et spirituales exercitationes non manifestabat, nec sciri volebat. Exemplum esto, quod P. Didacus de Guia, venerandus et sanctus senex, non semel nobis dixerit: O si possem dicere de magistro Ignatio quae scio! O si os non esset mihi clausum, quanta et quam magna vobis dicerem! Pater enim illi mandauerat in virtute sanctae obedientiae ne de rebus suis secretioribus quicquam diceret quamdiu viueret: erat enim, vel paulo ante fuerat, eius confessorius; mortuus autem ipse est ante ipsum B. Patrem. 9.^o Licet valetudinarius esset et debilisⁿ, voluit tamen ex eleemosynis in domo professa semper victitare.

4. Prophetias ab ipso pronunciari nunquam audiui, nec pronunciatas alias scio, quam quod P. N. Laynes piae memoriae et alii referebant, videlicet, P. Simonem Rodriguez non moriturum, licet grauissimo morbo decumberet, ea infirmitate; quod praedixit P. Fabro, itineris comiti, dum Basannum, aegrotantem visurus, iter faceret, quod et P. Ribadeneira habet. Item de collegio parisiensi audiui illum, dum in Urbe essem, dixisse (non enim audeo affirmare quod ex ipsomet audiuerim), collegium parisiense post romanum, quod erat tunc pauperrimum, et conimbricense, tunc bene fundatum, futurum in Societate praecipuum. Collegium porro romanum postea domum habuit propriam, cum tunc non haberet nisi conductitiam; prouentum autem solum habebat quingentorum coronatorum, quos P. N. Franciscus a Boriia sub ingressum dederat, sed ob graue aes alienum census ille vendi debuerat ad minuenda^o debita; iam autem ita illi est prospectum, vt firma spe esse debeamus euenturum de parisiensi, quod praedixit. Dixit denique Patri Balduino ab Angelo, cum mitteretur ad initia collegii neapolitani, quod persecutiones quidem graues in collegio illo sustineret, sed secururam

ⁿ *Adduntur haec verba:* cum posset paulo commodius in collegio habere. —^o minuendum.

paulo post tranquillitatem, et futurum illud collegium in Italia valde commodum, et ob fructum spiritualem celebre ^p.

5. Audiui praeterea a P. Ludouico Gonzales, nisi me fallat memoria, quod cum grauitur B. Pater aegrotaret, et decumberet, tempore Iulii III, Patres aliquot seniores, qui officii causa apud eum considebant, tristes lamentabantur, dicentes, sicut discipuli B. Martino: Cur nos, Pater, deseris? etc.: Si Deus reverentiam vestram nobis auferat, sicuti ipsa exoptat, quid faciet haec minima Societas, tanto suo Patre in suis adhuc initiis orbatam? Verendum est ne concidat. Proinde rogamus, vt adhuc nobiscum manere velit, donec Societas progressus fecerit maiores. Tum beatus vir ac benignus Pater, vt eos consolaretur et erigeret, dixit: Primi Dei bonitate, vt confido, fuerunt boni; secundi, siue secundus Societatis status, erunt in Societate meliores; tertii, si statum Societatis spectemus, erunt disciplinae adhuc retinentiores. Quod euenturum minime dubito; constat enim Societatem multo melius esse modo constitutam, quam fuerit vnquam; non quod vel beatus ipse Pater vel ei subsequentes generales officio defuerint, nam quicquid boni modo habet Societas a Deo per ipsum habet; sed quia illis initiis nec personae sufficiebant, nec temporalia suppetebant, nec nouitiatus, propter rei angustiam, ita erat constitutus vt nunc est.

6. An apparuerit post mortem vel in vita, non memini me audiuisse, nisi quod ex quodam sacerdote, domino ^q sacellano

^p *Sequens paragraphus 5 sic habetur:* (Audiui praeterea, nisi me fallat memoria, a B. Ludouico Gonsale, quod, cum graviter aegrotum tempore Iulii tertii inuiderunt aliquot seniores, lamentarenturque, quod si Deus illum auferret, sicut ipse exoptabat, Societatem tanto Patre orbatam in suis adhuc quasi initiis, versaturam in magno periculo, ne concideret: audiui, inquam, B. Patrem, ut benignum parentem, ut eos consolaretur, et erigiret eorum animos, dixisse: Primi, ut spero, boni fuerunt; secundi erunt in Societate meliores; tertii his religiosae disciplinae retentiores [*lege retinentiores*]: quod confido euenturum: quoniam luce clarius est, Societatem multo melius esse modo constitutam, quam umquam fuerit (non B. Patris et subsequentium Generalium vitio; nam quidquid boni habemus, a Deo per ipsum habemus;) sed quia tunc nec personae sufficiebant, nec novitiatus erat bene constitutus, nec media suppetebant, nec regulae denique erant recognitae, et in ea observatione, ut nunc sunt.) —^q domestico.

dominae Ioannae Caietanae, audiui; quod tempore congregationis quartae, sub tempus electionis generalis, viderat ille B. Patrem nostrum apparentem sibi cum altero quodam designasse ^r P. Claudium Aquaiuiua velle se habere successorem; et hoc ipsum, si recte recolo, indicauit etiam fratri nostro Ludouico Iappy; alias circumstantias non teneo. Melius ille poterit referre, sicuti et de quadam matrona florentina, quae tum dicebatur similem habuisse apparitionem.

7. De P. Ludouico Gonzales, quod dixerit B. Patrem nostrum ab ipso fuisse visum in oratione, seu ipsi apparuisse, non memini me audiuisse; sicut non audiui apparuisse P. Cornelio Wischauen.

8. Quod ad sacrum eius attinet, videor obseruasse quod paulo amplius quam horam ordinarie duraret, quoniam crebrae mentis eleuationes et lacrymae eum impediabant, quae causa erant vt rarius celebraret, praesertim in publico. Accedebat impedimentum debilitatis non minimum: hinc per multos menses fui solitus fere quotidie coram ipso celebrare in sacello priuato. Ipse tamen valde diligenter cauebat, ne Societatis sacerdotes excederent mediam horam; et quamdiu fui in Urbe, semper vidi aedituum, vel eum qui missae ministrabat, clepsydrum habere iuxta altare positam, vt notaret et deferret eos, qui vel minimum ^s excederent, vel nimis breues essent.

9. Quod attinet ad praefatiunculam, quae praeponitur libello exercitiorum, cuius est initium (Haec documenta etc.) compositam fuisse audiui a P. Andrea Frusio; alii etiam dicunt a P. Fuluio Cardulo, sed recognitam a P. Ioanne Polanco ^s. Exercitia porro ipsa vidi impressa viuente B. Patre nostro; et hodie extat in hac prouincia exemplum in Urbe impressum anno 1548. Et P. Ioannes Polancus, in compendio rerum Societatis vsque ad annum 1550, refert Exercitia, precatore duce de Gandia don Francisco a Boriia, fuisse a Paulo 3 approbata, et cum

^r assignasse. — ^s nimium.

^s Praefatiuncula haec legitur quidem in latinis Exercitiorum editionibus post libelli approbationes; omittitur autem in vernaculis editionibus, quas vidimus. Diem praefert «VI Idus Augusti MDXLVIII».

licentia ordinaria impressa ⁶. In examine porro, a praelatis quibusdam facto de ipsis Exercitiis mandato eiusdem pontificis, ne syllaba quidem fuit mutata vel sublata. Examinatores autem fuerunt: magister sacri palatii ⁷, dominus vice cancellarius ⁸, cardinalis item de Burgos ⁹.

10. De effigie B. Patris nostri nullam adhuc vidi, quae vere illum referat; nullam tamen vidi melius representantem, quam ea ¹, quae nuper hic recognita est a nobis quinque, qui B. Patrem olim vidimus, Patribus, inquam, Francisco Costero, Balduino ab Angelo, Eleutherio Pontano, Henrico Sommario et a me.

Quod ad illam attinet, quae in eo coenaculo est appensa, in quo Pater noster prandere solet, illa nullo fere pacto illum repraesentat. Statua vero illa facta ex gypso, quae solebat interdum exponi in collegio romano tempore renouationis votorum, de qua R. V. mentionem facit, multum accedit ad B. Patris nostri vultum. Cum die quodam post prandium versarer hora quietis pomeridianae cum P. N. Euerardo Mercuriano et assistentibus aliisque ^u senioribus, frater noster Ludouicus Iappi, exploraturus si forte memoriam retinerem vultus Patris nostri, cum illam ipsam adaptasset statuam in cubiculo ianitoris, ut ad instar Patris alicuius quiescentis super lectulo videretur, amicta veste talari et cum pileo quadrato, de industria me euocauit dicens, nobilem quendam me expectare prope portam. Descendi ut hominem conuenirem. Ludouicus autem ait iacere eum in cubiculo ianitoris ob debilitatem. Ingredior, et ex ipso limine statuam conspicatus: ah, aio, P. Ignatius, P. Ignatius! qua incla-

¹ eam. —^u aliisque aliquot.

⁶ Jam ab anno 1546 Exercitia spiritualia a sede apostolica approbata Borgia efflagitarat, POLANCUS, *Chron.*, I, 185-186; ORLANDINUS, VI, 75; quae anno 1548 litteris apostolicis Paulus III pridie calendas Augusti «et confirmavit et commendavit, et simul ad ea suscipienda fideles est hortatus». POLANCUS, *Chron.*, I, 267.

⁷ Aegidius Foscararius, O. P.

⁸ Id est, Urbis ac pontificis vicarius, Philippus Archintus.

⁹ Joannes de Toletus, O. P., cardinalis burgensis ac sacrae fidei quaesitor.

matione et admiratione argumentum fecerunt ^v per ^x coniecturam, quod omnium maxime effigies illa congrueret.

Sed, vt dixit mihi, tempore congregationis vltimae, venerandus D. Philippus Nerius piae memoriae, praefectus Oratorii ¹⁰, quia vultus B. Patris illius supernaturali quodam splendore erat aspersus, nulla prorsus effigies effingi potest arte pictoria, quae vere illum repraesentet. Pater Mutius Vitteleschi erat mihi socius quando visitavi D. Philippum Nerium, et scripsit ad me se optime meminisse eorum, quae tum dixit beatus ille vir Philippus. Et haec quidem ad postulata ^y.

PARS SECUNDA

Venio modo ad sextum epistolae vestrae caput, hoc est, ad eius documenta et exempla, quae nobis reliquit.

11. Admirandus erat in sermone; nam ille grauis erat, non incitatus, non praeceps, non inanis, sed solidus et efficax, ac viri denique vere sancti. Non audiebatur quicquam illi excidere casu et ex improviso; sed os illud beatum semper seria et praemeditata proferebat; proinde ab ipso nemo recedebat nisi bene consolatus, instructus salutari consilio, et contentus, siue obtineret quod intendebat, siue non; quia beato viro miranda inerat dicendi gratia.

12. Neque minus decori et nitoris in sermonibus scriptis seruabat, praesertim quando ad viros graues scribebat; atque idem decorum a filiis seruari desiderabat et exiguebat. Memini me vidisse epistolam ad quendam, qui ^z, ob literas ad ipsum scriptas, graui admonitione illum feriebat, quod lituris et vitiis maculatas misisset. Ego, inquit, hac nocte expedio triginta circiter epistolas, quarum nulla est, quam semel et iterum non recognouerim; quas autem manu mea scripsi et scribere soleo ad viros graues, et quibus deferre debeo, bis aliquando ac etiam ter rescribo, ne

^v sumpserunt fecerunt *ms.*; sed verbo sumpserunt aliquot lineolae subductae sunt, forte ut indicetur illud oblitterandum esse. — ^x et. — ^y Exstat haec periodus ante praecedentem. — ^z qua.

¹⁰ Philippus Nerius, congregationis oratorii institutor, qui una cum Ignatio in sanctorum album a Gregorio XV relatus est.

litis aut vitiis eas aspergam, vel inconcinne incongruenterque aliquid inseram. Harum literarum exemplum vidi in quolibet^a libello P. Francisci Palmii bonae memoriae in collegio bononiensi, in quo libello aliquot literae B. Patris nostri extabant.

13. Resignationem animi et indifferentiam, vt ipse habebat aduersus Deum, ita in hominibus Societatis similem exoptabat erga superiores; quod intellexi ex variis; et ex uno facto meo cognoui postea, P. Sebastiani Romaei relatione, placuisse nimirum beato Patri: quod, cum^b me vocasset ad se anno 1553, et mihi proponeret tria loca, ad quorum aliquem designabat me mittere, optaret autem, vt aiebat, se prius cognoscere propensionem meam, moneretque proinde vt libere efferrem quid et quo me impelli sentirem: ego vero, cum nullam prorsus haberem inclinationem nisi ad parendum; cum aliquoties animasset vt exprimerem, vel aliquod saltem darem indicium propensionis, quam sentirem, ego autem semper responderem, quod non possem reuera aliud dicere, quam vere me non posse aliud in me animaduertere aut sentire, quam me paratum esse ad omnem locum et ad omnem obedientiam, etiamsi mihi moriendum foret; ipse me benigne dimisit, et alicui postea indicauit placuisse illi in me hanc indifferentiam et resignationem; sicut idem P. Romaeus retulit mihi aliquot post annos ex aliqua occasione. Libenter tamen sequebatur sanctus Pater, salua resignatione et obedientia, subditorum propensionem, et gaudebat quando ea se conformabat cum sua; dicebat etenim quod ea ratione gubernatio personarum melius cederet^c, essetque omnium suauissima.

14. Cum initio administrationis collegii romani sentirem in me reuiuiscere passionem irae veterem, quam subditus et non superior vix vnquam senseram, et extinctam, quae tantum erat consopita, ducebam, afferret autem illa mihi nouam ex non expectata inordinatione molestiam, recurri ad B. Patrem pro consilio et auxilio. Ipse animauit me ad pugnam, dicens, iram moderatam esse ad bene gubernandum valde vtilem, si ratione ac Dei timore temperetur; proinde tantum curarem illam frenare ac

^a quodam. —^b Patri. Cum. —^c caderet.

reprimere, vt non erumperet foras; de caetero non essem multum sollicitus.

15. Audiui non semel beatam illam animam dixisse, exoptare se vt homines Societatis ita comparati essent, vt, ad instar angelorum, se totos, et qua possent caritate ac studio, impenderent curandae saluti et profectui proximorum, et vt nihilominus seruarent se omnino immobiles ac constantes, nullam ob rem incidentem turbando seipsos; sicuti angeli, in quos nulla cadit passio aut perturbatio, licet nihil omittant, quod possint et debeant ad auxilium et profectum nostrum spiritualem, serenitatem tamen summam in se seruant semper, videntes faciem Patris coelestis, semperque eo perfruentes absque vlla sui inordinatione seu perturbatione.

16. Dicebat nihil nobis esse agendum alicuius momenti, quin prius per peculiarem recursum ad Deum, et saltem breuem mentis eleuationem, a Deo consilium implorarem, sicuti a Patre optimo et sapientissimo, collocando in eo totam nostram fiduciam; quo facto, et audito quid in nobis locutus sit Dominus, faciendum quod docemur.

17. Cum quidam de nostris, cuius nomen mihi excidit, apud ipsum quereretur, quod ab externis, qui eum crebro vocabant ad portam, impediretur a coniunctione interiore cum Deo, ac multum distraheretur animo, respondit: Qui ad te pro auxilio seu consolatione spirituali accedunt, magna eos caritate excipe; sed praemitte semper, postquam vocatus es, vel inter eundem, orationem aliquam iaculatoriam, rogans Deum, vt animam illam per te ^d dignetur iuuare, atque deinceps omnes cogitationes et sermones tuos eo confer, vt accedentem iuues in spiritu, et non distraheris inutiliter, sed proficies magis. Quod si te non ita coniunctum cum Deo senseris vt ante et ^e in quiete, non ^f sis propterea anxius, quia distractio illa non erit tibi detrimento, quae propter Dei gloriam suscipitur. Sin accedant vt referant noua, vel vt colloquantur de rebus non vtilibus, prudenteringere illis sermonem de morte, de peccati enormitate, de Dei offensione, de iudicio, de inferno ^g, de examine conscientiae et

^d per se. —^e et ut. —^f ne. —^g Desunt duo praece.lentia verba.

confessione, etc., et quotiescunque ad te reuertentur, de talibus age: qui iuuari volent, redibunt ad te vt proficiant; si nollent iuuari, sinent te in pace, nec redibunt amplius aut molesti erunt.

18. Volebat vt nos omnes frequenter lectitarem libros spirituales, sed cum affectu et deuotione, tum ad accendendum affectum et deuotionem promouendam, tum vt prompti euadere-
mus ad promendos sermones spirituales potius quam ad doctrinam vel fundendam, vel ostentandam; et exemplo nos quidem suo docebat; nam in cubiculo suo secretiori ordinarie super mensam alios libros non habebat, quam nouum Testamentum et Thomam de Kempis, quem solebat appellare perdicem librorum spiritualium.

19. Commendata habebat valde, et commendata esse filiis, praesertim superioribus, volebat 3, quae ad disciplinam externam et ad decorum religiosum valde pertinent, nimirum: munditiam domus vniuersae ac vestium, silentium, et denique clausuram; quae indicia esse dicebat in domo religiosa, quod in ea uigeret bona disciplina. Munditiei porro tam studiosus erat, vt non raro visitaret ipsemet cubicula, considerans an lectuli essent concinne strati, libri super mensam bene compositi, cubiculum bene versum. Neque patiebatur quicquam apparere, quod non esset debito loco repositum, vt vittam nocturnam pone cervical, vt non appareret; scopas non alibi quam sub lectica, seu lecti fulcro, vel in aliquo angulo obscuro; candelabrum, calceos, vt non apparerent, nisi curiosius inspicientibus. Silentium ita colebat, vt, extra horam quietis seu recreationis post cibum sumptum, non pateretur colloquia haberi. Strepitum vocis siue sermonem altiorem si audiebat, aut strepitum maiorem aequo vehementius ambulantis, vel de gradibus descendentis, statim, aperto ostio, vocabat delinquentem et officii monebat. Hinc frequens erat poenitentia a ministro iniuncta, quod non vsi essemus voce bassa seu depressa, aut quod immoderatus per ambulacra ambulassemus, aut ianuas cubiculorum clausissemus. Quod attinet ad clausuram, non ferebat vt porta maneret vel ad minimum tempus aperta, quando non erat necesse, neque patiebatur clauem ex ostio seraue pendere.

20. Ad bene conuersandum cum proximis dicebat vtendum esse arte discreta ac religiosa; vt scilicet initio accommodaremus sermones et actiones ad ipsorum ingenium, vel ad ea, quae tractant, quando ad eos accedimus, ac tandem perduceremus eos ad rem nobis propositam, id est, ad bonum animae et salutis ipsorum.

21. Magnam curam habebat bonae disciplinae et ordinis constantis officiorum. Ob eam causam, quamuis occupatissimus alioqui esset et valetudine male affecta, volebat tamen ministrum domus quotidie referre ad se quicquid eo die alicuius momenti accidisset, et in diem sequentem mandata accipere. Proinde oeconomia et disciplina pulchro semper ordine procedebat, et eius exemplo vsus et regula vbique obtinuit, vt ministrum rector quotidie accersat ad se.

22. Magnificiebat valde subordinationem. Exemplo sit: Cum semel ex officio rectoris praesens fratres nostros studiosos ad portam disponerem ac combinarem ¹¹, vt debito ordine et serie irent de more ad concionem, quae habebatur in domo professa, quidam Pater, fretus sua prudentia, auctoritate et B. Patris nostri ^b erga se beneuolentia (cum forte adesset), mandauit vni ex studiosis nostris vt, antequam egrederetur, iret purgatum calceos suos. Ego, dissimulans, mandauī absque mora vt omnes procederent. Ille, quia viderat me audisse monitionem suam fratri factam, retulit Patri rem vt acciderat. Sanctus autem vir paterne illum docuit, habendam fuisse rationem subordinationis, et debuisse sinere eum, qui praeerat collegio, libere praestare officium suum.

23. Non ferebat etiam quicquam de nouo induci in vsum, quamuis bonum esset, absque suo, vel eius, qui praeerat, consensu: hunc respectum videlicet habendum censebat erga superiorem. Pater Martinus Olaius, vir grauis, pius et doctissimus, illique gratissimus ⁱ, licet superintendens esset collegii, quia prae-

^b *Deest hoc verbum.* — ⁱ *Pro et doctissimus, illique gratissimus, scribunt: et prudens et doctissimus virque illi carissimus.*

¹¹ *Romani collegii rector erat ipsemet Manareus, hujus epistolae auctor.*

ter morem mandauerat, vt lectio breuiarii romani (quod a cardinale Sanctae Crucis ¹² auctoritate apostolica fuerat confectum, et quo Societas ordinarie vtebatur) legeretur ad mensam, quia vt plurimum continebat historiam de sancto occurrente, reprehensus est ab eo, et reprehendi curauit publice inter coenandum, misso ad hoc officium illi praestandum quodam fratre ex domo professa, cui nomen erat Antonius Rion, qui acer et lepidus erat in dandis publicis reprehensionibus. Haec porro reprehensio non tantum profuit ad disciplinam melius seruandam, sed nos omnes, qui aderamus, valde aedificauit in Domino insignis humilitas ac tranquillitas Patris Olauui, viri talis. Non improbat autem B. Pater noster rem ipsam, quia eam voluit retineri et continuari, continuataque fuit lectio 3.^a eius lectionis, donec reformatum martyrologium illi successit; sed reprehendebat sanctus Pater quod res bona non fuisset bene et debito ordine facta.

Similiter P. Antonius Sodouilla ¹³ secreta quaedam conuenticula inuexerat in collegium, in quibus illi, qui in eis uersabantur, variis mortificationum generibus exercebantur noctu postquam omnes incubuerant. Ego, cum id subodoratus essem, finxi me affici ad huiusmodi exercitationem, ac desiderare interesse conuentui: gauisi sunt collegae illi, quod a sua parte rectorem haberent, sperantes quod hac occasione et eius exemplo vberior staret exercitationis fructus. Interfui, exploraui singula; atque, vt penitus omnia cernerem, me cum ipsis exercui. Die insequenti rem detuli ad Patrem nostrum. Ipse iussit illum Patrem facere disciplinam publicam, ac confestim misit eum Neapolim; nam quidam de eo sodalitis Petrus Syluius, theologiae studiosus, magnae spei adolescens, inciderat in phrenesim ob nimis assiduam rerum coelestium meditationem, vt credebatur, et parum abfuit quin multi similiter laederentur. Sed dissipatione sodalitiis omnes moniti sunt, vt, superiore vel Patre spirituali non conscio, nihil aggrederentur aut inducerent noui.

¹² Sanctae Crucis cardinalis tum erat Franciscus Quignonius, breuiarii. de quo saepe diximus, auctor.

¹³ Antonius Soldevila, de quo ac de Petro Silvio, cujus statim fit mentio, videatur POLANCUS, *Chron.*, III, 20; V, 50. De utroque agit CONSALVIUS, *Memoriale*, n. 50, pag. 177.

PARS TERTIA

24. Nouerat vti cum subditis magna moderatione, ac mira prudentia addebat illis animum vbi oportebat. Quando me misit Lauretum vt collegium ducerem et praeessem, daret autem ipse mihi tantum instructiones, quibus cognoscerem quomodo me gerere deberem cum domino gubernatore loci ¹⁴, canonicis aliis-
 qui externis, petii quas regulas seruarem; nam (aio) collegii ro-
 mani regulae collegio illi non conuenient, nisi perpaucae, ob loci
 sancti et concursus peregrinorum circumstantias. Similiter, quae
 sunt domus professae, vix etiam seruari poterunt. Ad haec re-
 spondit: Oliueri, facias sicut tu vidisti et ^j vt vnctio docebit te;
 accommoda regulas loco vt poteris. Petii de personis, quas adiun-
 gebat, quas in quae officia distribuerem. Iterum paucis verbis
 respondit: para, Oliueri, vestes secundum pannum quem habes;
 sed, quomodo egeris et distribueris, doce.

25. Accidit ^k autem semel, vt aliquid contra mandatum
 ipsius, litteris acceptum, facerem. Significaui porro me ita fecisse,
 quod illum proposuissem mihi praesentem ob oculos, et visus
 mihi fuissem audire ipsum dicentem: fac sicut tu mente conce-
 pisti; nam et si ego ^l coram essem, vt sic faceres mandarem. Ipse
 vero rem ita est interpretatus, vt rescriberet me ex ipsius volun-
 tate fecisse; homo dat (inquit) officium, sed Deus dat ^m discretio-
 nem. Volo, vt de caetero absque scrupulo agas, vt iudicabis ex
 rerum circumstantiis esse faciendum, non obstantibus regulis et
 ordinationibus.

26. Habuit semper magnam rationem aedificationis. Hinc
 cum eundem mihi esset Lauretum, in officium rectoratus mihi
 succedens P. Sebastianus Romaei, illi valde carus ob virtutem
 et prudentiam ¹⁵, misit ⁿ ad septem ecclesias aliquot Patres cum

^j Desunt octo sequentia verba. — ^k accedit. — ^l nam et ego si. —
^m Dei est dare. — ⁿ misit mecum.

¹⁴ Laureti gubernator erat Gaspar de Doctis.

¹⁵ Quantum Ignatius Romaei virtuti ac prudentiae fideret, satis illud
 ostendit, quod in Corsicam nondum sacerdos ab illo missus fuerit, sociorum
 res exploraturus. *Epist. Mixtae*, III, 7, 148, 154.

lagna vini et pane ad refocillandum vires, si opus esset. Id resciscens B. Pater, postquam Lauretum abuiissem, dedit poenitentiam omnibus qui peregrinati fuerant, quod res, aiebat, esset mali exempli, ac minime conueniens Societatis religiosi. Addebat, quod argumentum id esset deuotionis tenuioris, cum omnes peregrini belle valeremus, mandauitque vt de caetero nihil huiusmodi admitteretur.

27. Hunc spiritum dicebat se desiderare in hominibus Societatis, sicuti reuera illi maxime proprium erat, vt non haberent minus deuotionis in quibusuis operibus caritatis et officii, quam in oratione et meditatione; quandoquidem nihil facere omnino nos deceret, nisi pro amore et seruitute Dei et ad eius gloriam et honorem.

28. Quamuis (inquiebat) oblectare nos soleant omnia, quae sentimus nos facere ad Dei gloriam et honorem, iuuat tamen vt impensius etiam delectemur, quando ea nobis ab obedientia imperantur; quia tunc certi sumus quod ea rectissime tendant ad Dei gloriam ° et seruitium.

29. De obedientia crebro inculcabat, quod ea, quae ex sola voluntate profluit, non sit perfecta, nisi adiunctam habeat iudicii submissionem ac conformitatem; adeo vt, qui in Societate non conformatur iudicio suo cum iudicio superioris, altero tantum pede sit in Societate, et ideo ^p valde pronus ad casum.

30. Paupertatem adeo colebat in domo professa, vt, cum aegroti nonnulli de eadem domo opus haberent quodam genere vini, quod in collegio habebamus, non passus fuerit eam domum a nobis amphoram vnā accipere, nisi tantundem de suo redderet, quod aliquoties sum expertus.

31. Metiebatur porro perfectionem paupertatis in vestitu, non ex panni vilitate, sed ex duratione et mediocri bonitate; propterea passus est, me rectore, vt pannus romanensis, quo vno tunc utebamur, magno dispendio valetudinis et rei (quia attritus nulli vsui seruiebat; integer vero tam grauis erat, vt nos conficeret), cum alio mutaretur: consensit, inquam, vt ex Flandria

° honorem. — ^p et hinc.

pannus, nomine vltrafinus ^q, qui mediocris est et durabilis, et attritus vtilis ad resarciendum, peteretur; quod factum est; et deinceps mercator, quo vtebamur, ipso et simili suam officinam instruxit.

32. Caritas fuit illi insignis, et cum insigni prudentia coniuncta. Licet etenim ex eleemosynis victitaret cum tota familia, resciscens tamen aliquando personas, honesto loco natas, in Urbe, magna premi rei familiaris inopia, nec audere prae pudore eleemosynam petere; vt necessitati et pudori vir sapientissimus consuleret, ipsis committebat aliquid officii, vt eius occasione, tanquam laboris et industriae mercedem, eleemosynam bonam acciperent. Sic enim eleemosynam, mercedis pallio conuestitam, minore verecundia ab ipso accipiebant. Noui duos vel tres, quibus similiter opitulatus est, et quendam eorum accepisse non semel quinquagenos aureos.

33. Fiduciam in Deum habuit permagnam; propterea, vbi vsus veniebat, nihil praetermittebat quod necessarium iudicabat, licet impensae forent magnae et facultates pertenues. Rem declaro exemplo. Iusserat Pater sanctus, cum in collegio duodeviginti essemus, vt pararentur cubicula et supellex omnis generis ad augendum numerum collegialium vsque ad 100.^{um}, cum nulla esset vel domi vel in collegio pecunia praeter quinque coronatos, et illos non legitimi ponderis, quos P. Ioannes Polancus, cui commissa erat cura pecuniaria, pro collegio et fabrica asseruabat. Hos mihi dare voluit, asserens se nihil praeterea penitus habere domi repositum. Ego cernens multa extrui domi, in collegio, ad S. Balbinam, quae vinea est collegii, puduit me eos accipere. Dedimus vterque operam vt obsequeremur, ille colligendo pecuniam, ego ex mutuo parandae supellectili ac sustentando collegio. Venit interea beatus Pater, visurus quomodo collegium venturis fratribus esset accommodatum. Vidit in eo paratum magnum cubiculum, fulcris lectorum ac sedibus mensisque instructum. Omnia vt perpendit, conuersus ad P. Polancum, dixit: hem! magister Polance; ergo hic fratres nostri collo-

^q pannum nomine vltrafinum.

cabuntur? Ergo exponentur iniuriis hyemis instantis? Ubi est tabulatum? Degent fratres immediate sub tegulis et tecto? Atqui, respondet ^r P. Polancus: non est, reverende Pater, pecunia, neque amplius mutuo inuenimus. Fiat, respondit, Polance, tabulatum, nec sine fratres hic dormiant. Deus prouidebit famulis suis. Erat autem domus conductitia; voluit tamen fieri. Paruit P. Ioannes ^s Polancus, quia vrgebat Patris verbum, et experientia saepe docuerat, nihil ipsum temere mandare; et, ecce, altero die, cum P. Polancus concederet ad amicos et trapezitas, vt pecunias mutuo vel ad interesse acciperet, quidam archidiaconus hispanus ex Nauarra, Mondragon nomine ¹⁶, mihi probe notus, occurrit, rogans P. Polancum vt quingentos aureos acciperet, restituendos paulatim quando egeret. Item quidam procurator ordinis D. Hieronymi, lusitanus, multo maiorem summam attulit, similiter deposito, restituendam paulatim, sed vt liceret ea vti. Hae autem summae pecuniae non ita diu postea piorum eleemosynis restitutae sunt, et persolutum precibus et meritis, vt putauimus. B. Patris, omne aes alienum, et succursum omni necessitati praesenti.

34. Sub idem tempus P. Guido Roiletius, collegii germanici (cuius Pater noster promotor vel potius auctor fuerat) rector, cum premeretur aere alieno graui, ad Patrem beatum ^r accessit, opem imploraturus; huic enim collegio, corrasis hinc inde eleemosynis, B. Pater prospiciebat, licet domus professa, quae eleemosynis viuit, valde numerosa esset, et collegium magno etiam aere pressum. Instabat autem tum dies natalis Domini. Beatus igitur Pater noster, audiens Roiletium ex angustia cordis causam suam dicentem, subridens interrogauit: habebunt ne, magister Guido, alumni germanici aliquid recreationis diebus natalitiis? Oh, Pater! inquit; vix panem habebunt; nam pistor nihil amplius vult subministrare. Bono, ait, esto animo: Deus aderit. Eme interim alumnis aliquot haedos, et aliquid praeterea in recreationem adolescentum, et sine Deum agere.

^r respondit. —^s *Deest hoc verbum.* —^t *Deest hoc verbum.*

¹⁶ Joannes de Mondragon.

Erectum et consolatum dimisit a se virum; et ecce postridie Julius 3.^{us} pontifex [■] misit Patri nostro 500 aureos, quos distribuit in collegium romanum et germanicum.

35. Prudentia et consilio valebat plurimum, mirabanturque passim omnes eius promptitudinem et solertiam in dandis consiliis ad omnia, quae illi proponebantur, aut quae in deliberationem veniebant, de rebus licet difficillimis quaestio esset.

36. Audiui saepe, et nominatim ex Patre nostro Laynez intellexi, ipsum valde fuisse sedulum circa examen ^v etiam particulare, ac contulisse diligenter examen cum examine, tempus cum tempore, hebdomadam cum hebdomada; tam videlicet studiosus erat sui profectus spiritualis.

37. Semper fere erat in Deum intentus, licet aliud agere interdum videretur. Vidi illum persaepe ambulans in horto, et inter ambulandum gressum figere aliquamdiu, et in coelum oculos attollere meditabundum. Addebat P. Laynez, saepe etiam in die ipsum lacrymari fuisse solitum, et habuisse tam liberum dominium in partem animae inferiorem, vt vix motus naturales sentiret.

38. Cum Parisiis semina iaceret futurae Societatis, vt a Patribus fide dignis cognoui, diebus festis et dominicis solebat se conferre ad templum beatae Virginis, quae a Campis nomen habet, in suburbiis S. Germani, locum abstractum et solitarium, sed deuotum, et olim celebrem, vt cum sociis orationi vacaret, et sacrosancto corpore Christi commodius se reficeret. Haec traditio tam constans mansit inter nostros, qui Lutetiae agebant, vt saepe locum visitaremus in memoriam Patris nostri et sociorum, et vt spiritum hauriremus in loco, in quo beati illi Patres spiritus primitias acceperant. Conferebant se nihilominus etiam nostri interdum ad Montem Martyrum, vbi D. Dionysius cum sociis capite truncatus fuerat pro Christi testimonio. In eo templo vota castitatis et paupertatis Pater noster cum sociis Deo nuncupauerat et haec subinde renouabant. In altero illo templo ediderant vota jerosolymitanae peregrinationis et obedientiae prae-

■ *Deest hoc verbum.* —^v examen conscientiae.

standae pontifici circa missiones. Extra templum SS. Martyrum illorum in fodina quadam, ex qua saxa ad gypsum parandum eruuntur, audiui B. Patrem nostrum non semel pernoctasse in oratione.

39. Libenter habebat vt superiores locales essent importuni in iis, quae iudicabant locis, quibus praeerant, bene constituendis esse necessaria vel valde vtilia, verbi gratia, in petendis pluribus personis, vel magis sufficientibus; quia eam importunitatem tribuebat necessariae prouidentiae et sollicitudini eorum, qui praeerant. Excusantibus se per verecundiam ac reuerentiam, quod importunius agerent, animum subministrabat, dicens, non esse timendum; quod ea instantia indicaret superiorem attendere officio suo; solebatque tales vocare angelos locorum, vt angelum tyburtinum, angelum senensem etc., quod ad instar angelorum instarent pro auxilio.

40. Volebat ea, quae in rebus, praecipue diuinis, gerebantur, concinne et accurate geri, exempli causa: cum officia hebdomadae sanctae in templo nostro celebrarentur, volebat, retento more nostro, optime celebrari: proinde, antequam inchoarentur, aduocabat ad se eos, qui operam eis dare debebant, et semel atque iterum audiebat, omnia diligenter considerando, vt corrigeret, si quid non satis apte geri videret.

41. Quando nostros aliquo missurus erat, volebat vt ad iter instructi cum galeris, scipionibus, palliolis, sibi se sisterent pridie, vt cerneret an aliquid iis deesset; quod saepe fieri vidi.

Haec, carissime frater, a te inuitatus, ex scrinio memoriae deprompsi, quae olim vel audiui, vel notaui de B. Patris nostri virtutibus et documentis; quae, etsi maiori ex parte P. Ribadeneira attigit, non tamen tam explicate omnia. Velim boni ea consulas, et condones negligentiae meae innumera alia, quae potuissem ac debuisssem notare, quae iam memoria penitus exciderunt; et sancti viri meritis tribuo ac tuis precibus, quod haec pauca memoria subministrarit.

Deus te seruet incolumen, ac mei in precibus memorem *.

OLIURIUS MANAREUS collegit.

* *Tria sequentia verba sunt manu P. Manarei scripta in nostro ms.*

10

MEMORABILIA DE SANCTO IGNATIO

A P. NICOLAO LANCICIO COLLECTA¹

Nicolaus Lancicius, praepositus prouincialis Societatis Jesu in prouincia Lithuaniae S. J.

Periculum uitae, ad quod me praeteritae infirmitates, djuino beneficio iam discussae, adduxerant, et uitae ac sanitatis longioris, etsi iam perfecte recuperatae, incertitudo me admonet, ut ad perpetuam rei memoriam posteris nostris nonnulla relinquam, hoc scripto a me comprehendenda, quae illos in suscepto uitae religiosae statu in hac sancta Societate Jesu magis stabilire queant.

Cum enim prope quinquagesimum in hac sancta Societate Jesu annum attingam, et per annos viginti Romae diuersis uicibus ac in diuersis domiciliis officiisque manserim, et hac occasione familiariter egerim cum praecipuis uniuersae Societatis nostrae personis, etiam ex Indiis orientalibus et occidentalibus, saepe missis ad congregationes procuratorum, et ad tres generales, quintam, sextam et septimam, multa obseruaui, audiui et legi circa res et personas nostrae Societatis Jesu. Praeterea cum per plures quam sex annos fuerim iussu admodum R. P. N. Claudii Aquaiuae, praepositi generalis nostrae Societatis, adiutor R. P. Nicolai Orlandini in colligenda materia pro primo tomo Societatis historiae, ab eo composito et postea impresso, quamplurima legi magni momenti in scripturis nobis concredit^{is}, tum ex archiuo communi totius Societatis Romae existente, tum ex secretiore alio ipsorum praepositorum generalium, tum ex aliis scripturis Romam ad praepositum generalem missis, suppeditantibus materiam scribendae historiae nostrae Societatis. Insuper, cum Romae et alibi nouerim circiter triginta, partim sacerdotes

¹ Ex archetypo, inter *Scripta autographa P. Lancicii, S. J.*, quae olim in archiuo romano S. J. servabantur. Constat duplici folio. Magnam hujus monumenti partem habes in opere P. Lancicii, cui titulo est: *De praestantia instituti Societatis Jesu*.

partim laicos, qui cum S. P. N. Ignatio Romae diu uixerunt, et inter eos aliquot ex primis sexaginta professis Societatis nostrae et duos S. Ignatii cubicularios, ac cum P. Petro Ribadeneyra per litteras, cum Patre vero Joanne Petro Maffei oretenus (scriptoribus uitae S. Ignatii) magnam *communicationem* habuerim, multa ab iis didici de rebus Societatis, quibus indagandis ab ipso mei nouitiatus tempore, pia quadam curiositate, non minore applicatione animi me impendi, quam studiis philosophicis et theologicis. Idcirco multa ex his a me obseruatis, auditis et lectis, pro solatio et instructione posterorum nostrorum dictaui in alio quodam scripto comprehensa ²; hic uero alia quaedam totam Societatem concernentia dictabo; et omnia, postquam dictaui, meo confirmabo iuramento, propter eos, qui me non norunt, et qui post meam mortem Societati nomen dabunt, ne ullus sit alicui dubitandi locus.

In primis, in epistola R. P. Polanci (qui, uiuente S. P. N. Ignatio, per octo annos eius et Societatis nostrae secretarius fuit usque ad eius obitum, et postea trium praepositorum generalium), in eius, inquam, epistola ad quendam illustrissimum anno Domini 1564, 8 Decembris, data, legi: «Patri nostro Ignatio Exercitia spiritualia ab ipso Deo, sine humano magisterio, esse reuelata.» Quam reuelationem idem P. Polancus in praefatione iis Exercitiis, uiuente P. Ignatio, Romae primum impressis anno 1548, praefixa ³, appellat «Spiritus sancti unctionem»: non audens, uiuente P. Ignatio, eam praefationem lecturo, uti nomine reuelationis.

In eadem epistola legi, a P. Polanco scripta, haec uerba formalia: «credi, quod Ignatius ex diuina reuelatione Societatis Jesu nomen a se fundato ordini indiderit.»

Item in uita manu scripta P. Ignatii, ab eodem P. Polanco inchoata ⁴, legi, tam alte fuisse impressum menti P. Ignatii, hoc

² Vide aliud ipsius Lancicii monumentum, quod proxime sub n. 8 antecedit.

³ Vide supra, pag. 511, annot. 5.

⁴ Aggressus quidem Polancus est scribere hispanice Ignatii vitam, et capita aliquot exaravit; sed infecto opere, ad *Chronicon*, sive historiam So-

nomen Societatis Jesu, ut dixerit, se sperare illud approbatum iri ab ecclesia in primo concilio generali; quod factum uidemus a concilio generali tridentino, sessione 25, c. 16, De Regularibus.

Habeo quoque donatam mihi, paulo ante mortem, a R. P. Ludouico Massello, praecipuarum Societatis nostrae prouinciarum antea visitatore et prouinciali, et postea assistenti Societatis pro Italia (in quo officio Romae mortuus est anno 1606 die S. Jacobi apostoli), Societatem nostram ingresso, cooperante ad id R. P. Joanne Mariono, clerico regulari, Neapoli tunc fama sanctitatis et nunc celebri, et in suo nobilissimo ordine beatos inter annumerato; habeo, inquam, ab illo mihi donatam uitam manu scriptam S. P. N. Ignatii, compositam a P. Ludouico Consaluo de Camera, et, ut ipsemet scribit, ab ipso P. Ignatio narratam tribus annis ante mortem, adacto magnis et importunis precibus domesticorum. In hac uita, pagina mihi 74 et 75, scribit P. Consaluus inter multa alia, haec sibi esse dicta a P. Ignatio: «se semper creuisse in deuotione, id est, in facilitate inueniendi Deum, et nunc plus quam unquam in uita sua, quia qualibet uice et hora, qua uellet inuenire Deum, illum inueniebat; et quod habebat etiam tunc multas uissiones, maxime illas, de quibus supra dictum est» (hoc est in illa eadem uita narrata a P. Ignatio, et scripta a P. Consaluo), «sicut uidere Christum tanquam solem. Et hoc illi accidebat saepe, ambulando, loquendo de rebus magni momenti: et hoc faciebat illum uenire in confirmationem³» (Constitutionum, quas scribebat et complebat). «Quando faciebat missam habebat etiam multas uisiones; et quando faciebat illas Constitutiones habebat multas; et quod nunc potest affirmare hoc facilius, quia quolibet die scribebat id quod transibat per animam suam, et hoc inueniebat nunc scriptum. Et mihi ostendit unum fasciculum satis grandem chartarum, quarum mihi legit aliquam partem, et maior pars erant uisiones, quas

cietatis Jesu, manus admovit, illudque perduxit usque ad Ignatii obitum, cui operi, novis curis elaboratam, sancti fundatoris vitam latino sermone praefixit. Quam vitam, a nobis editam, habes in laudato opere *Chron.*, I, 9-74.

³ Haec habentur in nostra editione consalviani operis, supra, pag. 97.

ipse uidebat in confirmationem Constitutionum, uidendo aliquando Deum Patrem, aliquando omnes tres personas Trinitatis, aliquando B. Virginem intercedentem et confirmantem saepe^a. Hoc ad uerbum reddidi ex uita a P. Consaluo scripta. Quae S. P. N. Ignatii uerba, dicta P. Consaluo, confirmant alia eiusdem S. Patris dicta, relata a P. Petro Ribadeneyra in uita S. P. N. Ignatii hispanice, latine et italice saepe edita, l. 5, c. 1, ubi scribit (sicut et Orlandinus, l. 10, n. 65) Patrem Ignatium Patri Jacobo Lainio^a indicasse, substantialia Societatis nostrae instituti ei quoque diuinitus fuisse reuelata, sicut reuelata fuerunt omnium aliorum ordinum fundatoribus: quemadmodum id etiam S. Brigitta audiuit sibi dictum a Christo Domino, l. 7. Reuel., c. 20, de omnibus fundatoribus.

Porro sciendum est, R. P. Petrum Ribadeneyram expresso iuramento confirmasse omnia prorsus, quae scripsit in tribus uitis S. Ignatii, quarum prima edita est Neapoli in octauo, 1572, ex typographia Josephi Cacchii, subscripta a Petro Dusina vicario generali, et Joanne Francisco Lombardo: secunda, copiosior multo, edita est ab eodem, anno 1586, impressa Madriti apud uiduam Alphonsi Gomezii, et postea pluribus in locis recusa, et uariis linguis reddita: tertia hispanice in folio edita est ab eodem, anno 1604, impressa Matriti^b per Ludouicum Sanchetz, et iterum anno 1609 recusa; et postea reddita latine ex hispanico, et distributa in capita a Gaspare Quartemontio, cum graeca interpretatione e regione apposita, et impressa Augustae Vindelico- rum anno 1616, quae deinde posita est 31 Iulii in posteriore editione uitarum sanctorum Laurentii Surii, impressarum Coloniae anno 1618, sumptibus Joannis Kreps et Hermannii Mylii. Prestitit autem R. P. Ribadeneyra suum iuramentum, confirmatorium rerum in uita S. Ignatii scriptarum, iuridice examinatus, primum anno 1595 auctoritate Camilli Caietani patriarche alexandrini, nuncii apostolici apud regem Hispaniarum; deinde anno 1606 in Octobri, iam octogenarius, auctoritate apostolica examinatus in

^a Leyni *ms.* — ^b Matridi *ms.*

⁶ Loc. cit., pags. 97-98.

processu canonizationis S. Ignatii, coram Bernardo de Sandoual et Roias, sanctae romanae ecclesiae cardinale et archiepiscopo toletano, et coram Melchior de Soria Vela, episcopo troiano, commissario apostolico, designatis autoritate sedis apostolicae per Paulum quintum a sac[rae] ^c romanae rotae auditoribus.

Habeo quoque penes me, a me ex romano originali descriptum, libellum visionum S. P. Ignatii, ab ipsomet sancto scriptum ^d dum Constitutiones scriberet, honorifice commemoratum ^e a Ribadeneyra in uita S. Patris, l. 4, c. 2; et a Maffeo, l. 3, c. 1; et ab Orlandino, l. 10, Hist. Soc., n. 56. In quo libello inuenitur pluribus in locis a S. P. Ignatio scriptum, esse et a diuinis personis et a beata Virgine, sibi saepe apparentibus, approbata illa Constitutionum puncta de quibus deliberabat, et quae postea scripsit, et esse illum ad ea statuenda incitatum, tum per has apparitiones, tum per illustrationes magnas, quas tunc diuinitus percipiebat cum miris sensibus pietatis, quos referunt locis supra citatis tres illi scriptores. Ideo, cum approbatione A. R. P. N. Claudii Aquauiuae generalis edita fuit, me et R. P. Philippo Rinaldi, rectore collegii germanici, procurante, Romae anno 1609 ^f, impressa in imaginibus, uita S. P. Ignatii, in qua, pagina 65, posita est haec historia cum tali subscriptione: «Societatis Jesu Constitutiones frequentibus diuinarum personarum apparitionibus atque illustrationibus, beatissima item Virgine saepe uisa atque illas approbante, conscribit.»

Habeo apud me exemplar Diarii dictorum et factorum S. P. N. Ignatii, scripti a P. Ludouico Consaluo de Camara, a me descriptum ex romano originali, mihi accommodato olim ab A. R. P. N. Claudio Aquauiu generalis, in quo Diario, pagina mihi 50, lit. H. ⁷, scripsit P. Consaluus dic[tum] ^g sibi a P. Ignatio: «multas alias res» (praeter quasdam non essentielles) «in Societate ordinatas, se intellexisse Manresae in una magna illustratione intellectus, a Domino nostro manifestatas»: et ad eam illustratio-

^c *Attrita est charta.* — ^d scripti *ms.* — ^e commemorati *ms.* — ^f anno 1.6.9. *ms.* — ^g *Attrita est charta.*

⁷ Supra, pag. 220, n. 137.

nem solitum P. Ignatium ultimate se referre post allatas varias causas, ex humana et spirituali prudentia petitas, rerum a se in Societatis Constitutionibus scriptarum; uti etiam scribunt Ribadeneyra, l. 5, c. 5 in fine, et c. II; et Orlandinus, l. 10 Hist., n. 65 et 66, et l. 2, n. centesimo decimo sexto. Per hanc autem illustrationem S. Pater reuelationem diuinam proprie dictam (quae essentialiter nihil est aliud, quam illustratio diuina, modo extraordinario data) intellexit: sed, ut humillimus et modestissimus, uerbis etiam modestiam praeseferebantibus usus est more aliorum sanctorum. Existimo autem, tunc S. P. Ignatio res multas de Societatis nostrae instituto Manresae fuisse reuelatas a Deo, dum, exercitiis spiritualibus uacans, esset in illo raptu per octo dies continuato, descripto a Ribadeneyra, l. 1, c. 7; et a Maffeo, l. 1, c. 7; et ab Orlandino, l. 1, n. 28. Moueor ad hoc credendum autoritate R. P. Ludouici Mansonii, muniis prouincialis et visitoris cum magna laude et fructu subditorum in Societate obitis commendati, qui, dum esset meus in romano collegio rector, mihi dixit, sanctae cuidam virgini mediolanensi probati spiritus sibi Nolae (Mediolano autem tunc uenerat, euocatus ad gubernandum romanum collegium) diuinitus reuelatum fuisse. quod in illo octiduano raptu Patri nostro Ignatio fundatori Deus reuelarit institutum Societatis. Porro et uitae S. Ignatii et Diarii a P. Ludouico Consaluo scripti magna debet esse fides et autoritas, quia scripsit quae a S. Patre sibi dicta audiuit et in eo uidit, et quotidianam occasionem habuit eum alloquendi et obseruandi, quippe minister domus professae romanae a S. Patre factus, et ob hunc finem sancto dolo a Joanne, tunc principe, postea rege Lusitaniae * (cuius fuit confessarius), Romam missus, «ut

* Fallitur Lancicius, siquidem Joannes III regnare coeperat anno 1521, die 13 Decembris, quo die Emmanuel, rex, ejus pater, vitam cum morte commutauit. Verba autem Patris Ribadeneirae, qui statim a Lancicio laudatur, sunt hujusmodi: «Joannes Tertius Lusitaniae Rex eximius... Ludouico Gonzali (qui Ioanni Principi filio suo a confessionibus fuerat) in Urbem proficiscenti mandat, ut omnia Ignatii dicta, factaque curiose obseruet, et ad se diligenter perscribat: et quid de toto homine ipsi videatur, ipsum Regem certiore faciat». *Vita Ignatii Loiolae*, lib. IV, cap. 17. Porro princeps Joannes, de quo hic est sermo, rex numquam fuit, nam ante patrem obiit, anno scilicet 1554.

omnia dicta factaque Ignatii curiose obseruaret et ad se diligenter perscriberet,» quemadmodum scribit Ribadeneyra, l. 4, c. 17; deinde magna officia, quae in Societate cum laude obiuit, tum uiuente S. Ignatio, tum post eius mortem, magnam ei fidem et auctoritatem merito conciliare debent, ideoque a nostris historicis celebratur: a Ribadeneyra, l. 4, c. 17; Maffei, l. 3, c. 6; Orlandino, l. 7, n. 65, et l. 8, n. 88 et 90, et l. 12, n. 57, et l. 14, n. 4, et l. 16, n. 38; et Francisco Sacchino, secunda parte Historiae Societatis, l. 2, n. 46. Hinc factum est ut, dum processus auctoritate sedis apostolicae fierent in Hispania pro canonizatione S. Ignatii per literas, ut uocant, compulsoriales, a sacrae rotae romanae auditoribus auctoritate apostolica missas, etiam hoc Diarium, a P. Consaluo conscriptum, insertum^h fuerit Processui, tanquam conducens ad promouendam S. Ignatii canonizationem.

Item, legi exhortationem primam P. Hyeronimi Natalis, factam ad nostros complutenses in Hispania, in qua, pagina 3, haec dixit: «res Societatis immediate reuelatas esse a Deo Patri nostro Ignatio.» Quae uerba magni momenti sunt, a tali uiro prolata; tum quia fuit intimus S. Ignatii socius, maturus iam sacerdos Societatem ingressus, tum quia primus e Societate electus est a S. Ignatio, eamque ob causam e Sicilia Romam euocatus, ut Constitutiones Societatis, ab Ignatio factas, per Societatem promulgaret (ut scribit Orlandinus, n. 32, l. 12): et ita, Constitutionibus a S. Ignatio acceptis, in Siciliam rediit, easque ibi promulgauit (teste Orlandino, l. 12, n. 34). Postea ad easdem promulgandas, anno sequenti commissarius in Hispaniam et Lusitaniam a S. Patre missus est «cum ampla potestate decernendi, iubendi, constitutiones corrigendi, immutandique quidquid e re diuina communique usu uisum esset» (ut est apud Orlandinum, l. 13, n. 7, 45, 50). Reuersus ex Hispania, omnium fere consensu, probante Ignatio, electus est vicarius generalis totius Societatis, cum Ignatius aegrotus decumberet et aegre iam uitam traheret (ut habet Orlandinus, l. 14, n. 17). Mortuo S. Ignatio,

^h incertum ms.

sub eius successore Jacobo Laynez assistens Societatis creatus est, teste Sacchino, l. 2, n. 46. Post duos circiter annos a Lainio ad totam Societatem in Europa uisitandam missus est, et quidem in Hispaniam «cum delegata potestate maxima.» Praeterea «omnia in omnibus prouinciis, et ubicunque locorum Societas esset uel ad eam aliquid pertineret, statuendi, abrogandi, interpretandi. Item rectores, prouinciales, et alios quoscunque praepositos amouendi, perficiendi, transferendi. Denique quidquid praepositus generalis, si praesens adesset, gerendi potestatem permisit.» Hoc ipsum confirmatur testimonio P. Euerardi Mercuriani, quarti praepositi generalis Societatis Jesu, qui a S. Ignatio primus rector noui collegii perusini factus fuit, teste Orlandino, l. 12, n. 15; et postea in publica exhortatione, dum esset generalis, dixit, omnibus audientibus (inter quos tunc erat P. Aegidius Gonzalez, assistens Societatis pro Hispania, mihi probe notus in quinta congregatione generali), «se audiuisse ex ore Patris Ignatii, quod in exercitio de duobus uexillis» (Manresae facto) «illi Deus detexerit formam et modellum Societatis;» quod postea scriptum reliquit P. Aegidius in Directorio Exercitiorum a se facto, ut refertur a P. Ludouico de Palma, prouinciali toletano (qui id se a P. Aegidio Gonzalez audiuisse scribit), prima parte Itiner. Perfect., l. 5, c. 2, pagina 734 et 735; in quo libro etiam Pater de Palma addit, «id quoque sciri ex constanti traditione nostrorum primorum Patrum». Unde mirum non est hoc quoque etiam S. Franciscum Xauerium sensisse, qui l. 1, epist. 5, romanae Societati sic scribit: «Ex multis et magnis huius uitae fructibus, quos adhuc Dei beneficio cepi et quotidie capio, illum enim uero duco maximum, quod nostrae Societatis institutum pontificis maximi autoritate comprobatum confirmatumque esse cognoui. Immortales Deo gratias et ago et habeo, qui, quam uitae rationem seruo suo Parenti N. Ignatio clam ipse praescripserat, eam aliquando per suum vicarium palam stabiliri uoluit ad memoriam posteritatis sempiternam»⁹.

Legi in processu bruxellensi, autoritate sedis apostolicae

⁹ *Monumenta Xaveriana*, tom. I, pag. 294. Epistola uero, quam Lancia designat, est in nostra editione epist. 17, data die 15 Ianuarii 1544.

facto pro canonizatione S. Ignatii, folio 18, testimonium iuratum R. P. Oliuerii Manarei (qui a S. Ignatio fuit factus rector collegii romani et postea primus lauretani, et post mortem S. Patris saepius fuit diuersarum prouinciarum prouincialis et visitator, et assistens sub P. Euerardo, et, eo mortuo, vicarius generalis totius Societatis) tale testimonium: «Audiui,» inquit, «de futuro Societatis statu triplici, ex P. Ludouico Gonzalez» (hoc est, Consaluo supra nominato) «et dictum a S. P. Ignatio: quod nimirum primus status fuisset satis bonus, secundus melior esset futurus, tertius adhuc multo praestantior. De secundo sibi testi constat, quod fuit et est etiam nunc melius ordinatus, quam erat tunc temporis; quia nondum erat nouitiatus, et probationes ac exercitationes, quae secutae sunt, et nunc, Deo laus, uigent et in uiridi sunt obseruantia.» Haec ad uerbum P. Oliuerius.

Huic similia a P. Hieronymo Natali, publice referente, se audiuisse scripsit in suo libello secreto coelestium gratiarum, mihi donato, P. Julius Mancinellus, uir fama sanctitatis et miraculorum celebris in uita et post mortem, ubi sic pagina 63.^a scribit propria manu: «dictum esse Patri Natali a B. Patre Ignatio: post nos primos futuri sunt in Societate homines perfectionis maioris; idque beatum Patrem dixisse cum interrogaretur, utrum remitteretur feruor in Societate.»

Hoc ipsum in alio libro suarum exhortationum, mihi quoque donato, multis ostendens Societatem in suo bono statu semper duraturam. Tandem id confirmat sua manu scriptis his uerbis: «Ratione supernaturali,» inquit, «idem patet, ex diuina reuelatione facta B. Patri Ignatio: dixit enim ipse (corrigenz quendam Patrem, qui dubitabat defuturum feruorem in Societate), quod postea uenient in Societatem homines, qui erunt perfectiores primis. Et quemadmodum uera dixit, praedicendo futura Romae et Parisiis maxima collegia, sic etiam in hoc uerum dixisse, sperare in diuino fauore debemus.» Haec P. Mancinelus.

Quibus conformis est reuelatio facta S. Teresiae, ab ipsamet scripta, c. 40 uitae suae, et a P. Francisco Ribera in eius uita, l. 4, c. 5, «de magno profectu quem debet facere Societas temporibus ultimis, et fortitudine qua debet sustentare fidem.»

Ideo merito P. Franciscus Costerus, S. Ignatii discipulus, dum essem Romae anno 1600 dixit papae Clementi octauo coram aliis Patribus procuratoribus Societatis totius, qui tunc conuenerant, «se nosse utrumque tempus Societatis (cum a S. Ignatio in eam receptus sit); affirmare se tamen, modo Societatem multo melius esse constitutam et in perfectione proficientem, quam fuerit illo ipso tempore S. Ignatii. Quod etiam modo ex ipsa inspectione, quae fuit illi demandata tanquam visitatori, in prouincia Flandriae aduertisset magna sua uoluptate.»

Hunc ipsum meliorem multo nunc Societatis esse statum, quam fuerit antea, mihi dixit anno 1616 A. R. P. N. Mutius Vitellescus, modernus noster generalis, idque se agnouisse, mihi dixit, ex uisis scripturis et lectis secreti archi[vi]ⁱ praepositorum generalium nostrorum.

Quod ipsum eodem anno mihi Romae dixit R. P. Franciscus Sacchinus, magni iudiciiⁱ, prudentiae et uirtutis uir, historiographus Societatis, cuius historiam ex scriptis romani archiuii et aliarum prouinciarum, in quinque magnos tomos distributam, usque ad annum 1600 perduxerat, antequam factus esset secretarius Societatis, in quo officio sancte obiit.

Anno 1616, sub tempus congregationis nostrae septimae generalis (cuius pars fui), dixit mihi R. P. Ferdinandus Pontze, magnae fidei et autoritatis uir, antea in Hispania visitator, tunc prouincialis Boethicae, relatum sibi esse a P. Vincentio Madresio, et huic dictum a fratre Marco, socio B. Francisci Borgiae, qui id se ex ore ipsius B. Borgiae audiuisse P. Vincentio dixerat, reuelatum fuisse P. Francisco Borgiae diuinitus, per tot centenos annos neminem e Societate damnatum iri, qui in Societate moreretur, per quot centenos annos etiam S. Benedicti ordini hoc priuilegium erat diuinitus concessum.

Ante quadraginta circiter annos legi Romae scriptam reuelationem, factam B. Mariae Magdalenae de Pazzis, Florentia allatam a R. Patre Bernardino Rossignolio, tunc nostro prouinciali romano, in cuius scripto italico ad uerbum latine reddito haec

ⁱ *Attrita est charta.* — ⁱ *Attrita est charta.*

erant ¹⁰: «Videbat Deum in coelo complacere sibi adeo in anima S. Joannis Euangelistae, ut quodammodo non uiderentur esse alii sancti in paradiso; et simili modo uidebat Deum delectari in anima B. P. Ignatii, fundatoris Societatis Jesu; unde dicebat loquendo fortiter: spiritus Joannis et ille Ignatii est idem. Et intelligebat ideo Deum delectari et complacere sibi adeo in his duobus sanctis, quia illorum scopus et finis fuit amor et charitas, et per uiam amoris et in charitate trahebant creaturas ad Deum. Dixit postea haec uerba: maxime felix spiritus, qui regnet hodie in terra, est ille Ignatii, quia eius filii in conducendis animabus ad Deum procurant principaliter dare notitiam quantopere gratum sit Deo et quantum intersit attendere operibus internis et tractare interius cum Deo» etc. «Videbat praeterea haec benedicta anima, quod quoties filii B. P. Ignatii tractabant in terra cum animabus tali modo, toties in coelo renouabant Deo complacentiam et delectationem, quam percipiebat in anima B. Patris Dixit etiam in eodem raptu» (qui contigit anno 1599 ¹¹, 26 Decembris): «bene potest letari et gaudere noster pelicanus» (id est, priorissa monasterii) «quia conducta est ad illud tempus adeo desideratum videndi pullulare in religione nostra primitias spiritus Ignatii.»

Legi ante quadraginta circiter annos in scripto quodam R. P. Ludouici Mansoni, tunc prouincialis neapolitani, apparitionem factam Neapoli nobili et sanctae virgini Joannae ab Alexandro, quae, cum Societatem Domino commendaret, haec a Christo domino uerba sibi dici audiuit: Scias, filia mea, haec, quae petis, summe mihi esse grata; et desidero ut quaeuis persona illos amet, et ab illis iuuetur, quia est mea Societas, et eam habeo semper intra cor meum, et non possum ferre ut in ea sit ullus habens notabiles defectus: et ideo uolo ut subito dimittantur ex mea Societate; et hoc permitto aliquando pro bono eorum,

¹⁰ Italicum textum habes apud Lancicium *De praestantia Instituti S. J.*, lib. II, cap. I.

¹¹ 1559, abs dubio errore typographi, legitur in opere Lancicii paulo ante citato, edit. Cracoviae, 1890, lib. II, cap. I; tunc enim adhuc sancta illa virgo nata non fuerat.

qui remanent. Et scias, filia, quamdiu durabit mundus, uolo ut uocetur mea Societas haec Societas: uolo praeterea, ut imitentur mea uestigia. Postea dixit illi Dominus, rem, quam maxime uellet uigere in Societate, esse obedientiam caecam. Deinde Dominus, conuersus ad suam benedictam matrem, donabat ei, tanquam eius filios, omnes illos de Societate, ut eorum particularem curam haberet ^k.»

Haec omnia et singula, ex meis antiquis collectaneis fideliter scriptis, hic a me dictata, et postea a me diligenter relecta, ob maiorem Dei gloriam, iureiurando confirmo, et meae propriae manus subscriptione, ac sigillo officii mei munio, ad perpetuam rei memoriam.

Plociae 8 Octobris, A. D. 1634.

NICOLAUS LANCICIUS, manu propria.

Ego Fabritius Bamfus, visitator Societatis Jesu in regno Poloniae, testor relationem hanc esse R. P. N. Nicolai Lancitii, eiusdem Societatis olim prouincialis in prouincia Lithuaniae ^l, et ipsius manu bene mihi nota subscriptam, conuenireque de verbo ad verbum cum alia relatione, quae manet in archiuo eiusdem prouinciae. In cuius rei fidem hanc attestationem, mea manu subscriptam, et sigillo mei officii munitam, dedi.

Varsauiae 2 Nouembris 1641.

FABRITIUS BANFUS ^m.

II

DE AZPEITIAE INDIGENTIBUS SUBLEVANDIS ^l

†
Jesús María

Lo siguiente es traslado sacado de vn libro viexo, donde el reximiento de esta villa de Aizpeitia ha tenido la quenta y razón de la distribución de la limosna de los pobres vergonzantes, según que otro tanto está allí signado de Juan de Aquemendi, es-

^k *Quae sequuntur usque ad subscriptionem inclusive, non exceptis verbis «manu propria», autographa sunt P. Lancicii. —^l Lit.^{ac} ms. —^m Sequuntur duo sigilla.*

^l Ex antiquo exemplari, in *Cod. Loyolae IV*, n. 13.

cribano público del número, que fué de esta villa, que por mandado del dicho reximiento se pone aquí por relación para que aia memoria para adelante, y sea ocasión para los venideros para que dispongan semejantes obras pías, con que nuestro Señor se sirue tanto, á quien sea la honrra y gloria y seruicio para siempre jamás. Amén.

Porque la memoria de los hombres es flaca y feneze con su vida, el remediador é proueedor de todas las cosas proueió el remedio de la escriptura, é por ellas parecen las cosas pasadas, y consiguiendo esto é los futuros vean é sepan la verdad de lo que se dirá adelante en esta relación del caso presente.—Es que el año 1535 llegó á esta villa de Azpeitia el sancto maestro Inigo de Loyola de las partes de Jerusalén á Roma, donde andubo los tiempos pasados en las peregrinaciones, vida, doctrina é exemplo que por sus obras se ha visto. Y porque es notorio en esta villa su dependencia é nobleza é su santidad de vida, no ai necesidad de escriuir ni referir aquí, pues que parecen ante Dios y el mundo.

Y á la causa, dejando las alauanzas que sus méritos merecen, por ser tan grandes, prosiguiendo la materia, este santo varón, en el tiempo é días que en esta su patria é villa de Aizpeitia residió, viendo las necesidades espirituales y corporales que en los de ella auía, y para la emienda é saluación de las ánimas dió la doctrina que de su persona se esperaua, é trauajó en general é particular por el remedio de los pecadores, é hizo mucho fruto, aunque es mui cierto que más quisiera, y lo que restó no quedó por su merced. Y así es cierto que nuestro señor Dios hizo gran misericordia á toda esta su patria en general, y en particular á los de su casa é sangre, por auer dado tan señalado varón é seruidor de su misericordia, á la qual cada vno ha dado las gracias que ha podido por ello, é por el fauor que esperan, que por medio de este su sierbo alcanzarán en este siglo y en el otro. Y prosiguiendo la materia, este santo, visto el euangelio y sagrada escriptura, según su profesión é hábito é continuo exercicio, procuró quanto pudo los medios para que los verdaderos pobres de esta su patria, que padecían é sufrían ambre é otras necesida-

des, fuesen socorridos. Comunicado é tratado con el reximiento é principales de la dicha villa, dió toda la orden que podía, según el tiempo é disposición de esta tierra, como pareze por las pro-uisiones é capitulados que hizo ², que en este libro está puesto, é dió comienzo é fundamento al bien que después acá ha subcedido é subcederá.

E visto ello, Juan de Eguibar, mercader, é D.^a María Joanez de Aimiztain, su muger, vezinos de la dicha villa, que se hallaron sin hijos y herederos forzosos, puesto que tubieron hijos de vendición, porque por permisión de nuestro Señor fallecieron, se exforzaron á doptar el bacín é a[l]tauaque que para los dichos pobres se puso, é doctaron con ciento é sesenta ducados, é con la renta de ellos, que son ocho ducados que dieron perpetuamente, é demás de ello, como verdaderos seruidores de Dios, tomaron el cargo de la administración del dicho a[l]tauaque ó bacín é su execución, é dando harto buen ejemplo, é cumpliendo el artículo de la humildad, por sus personas tubieron por bien de entender en ello, pidiendo limosna, é aquella con la renta distribuyendo en los dichos pobres por mucha orden; é según su prudencia é conocimiento que tienen de lo espiritual, se espera que adelante darán fauor al caso. Y esto dejando á su vondad é obras que de su mano se esperan, en lo de hasta aora sucedido, demás de lo que en ello han servido á nuestro Señor, han dado causa al fauor que al dicho bacín después acá esto han dado, é adelante se espera que darán, é habrán el galardón que todos deseamos. E por ser verdad é por tal parezca, cómo los que dieron principio á esta santa obra y á su execución son los sobredichos, como ello es notorio en la patria; é á la causa é porque lo mismo se aga adelante, en este libro el escriptor ha puesto esta relación como ha podido é le ha parecido que pasa en verdad, é queda á los que adelante en el caso escriuieren la enmienda de lo que aquí falta ³.

Laus Deo.

² Videatur monumentum, quod proxime sequitur.

³ Sequitur publicum instrumentum inter senatum Azpeitiae et Joannem e Eguibar, quod etiam habetur in *Cod. Azpeitiae I*, et quidem completum.

12

ORDINATIONES PRO SUBLEVANDIS AZPEITIAE
PAUPERIBUS ¹De pobres [†] ^a

En la villa de Azpeitia, á veynte y tres días del mes de Mayo, año [del nacimiento] ^b de nuestro salvador Ihu. Xpo. de mill é quinientos é treynta é çin[co, estando] en la casa del concejo de la dicha villa juntos é ayuntados á campana tanida [á llamamiento] de sus jurados, según costunbre, el concejo, justicia, rregimiento, hom[bres hijosdalgo] de la dicha villa, especial é nonbradamente Pedro Ibanes de Irarraga [alcalde ordinario] de la dicha villa é su término é jurisdicción este presente año, é Pedro de Izaguirr[e, é Juan Martínez de] Hondarra, fieles de la dicha villa, é Juan Beltrán de Garín, é Juan Martines de Lasa[o, é Juan de] Heguibar, regidores de la dicha villa este presente año, é asímesmo [siendo] presentes é consentientes, en lo que de yuso se dirá é declarará, Pedro de Arte[aga é Pedro] de Altuna, diputados procuradores de los hijosdalgo, vecinos y moradores de la tie[rra é] jurisdicción de la dicha villa, é así vien Martín García de Oñaz, señor de la casa é solar de Loyo[la], é Juan Martines d'Enparan ^c, señor de la casa é solar d'Enparan, é el doctor Iñigo de Alçaga, é el bachiller Domingo ^d Ibañes de Arrieta, é Martín Sayz de Goyar, é maestro Martín de Iztiola, é Juan de Yarça é Juan d'Otamendi, vecinos de la dicha villa, el dicho concejo ^e y rregimiento, seyendo presentes é consentientes los dichos procuradores deputados é personas de suso nonbradas, en presencia de mí, Domingo ^f de Aroztegui, escribano público

^a pobres ms. — ^b *Attrita est charta; quae autem uncinis hic et inferius clauduntur, ex altero exemplo desumpta sunt.* — ^c Ju.^o denparan ms.

— ^d d.^o ms. — ^e c.^o ms — ^f D.^o ms.

dum in altero exemplo bona pars hujus scripti desideratur. Titulus illius est hujusmodi: «Scriptura dentre el consejo é Ju.^o de Guibar sobre los probes.»

¹ Ex *Cod. Azpeitiae*. Aliud exemplum habetur in *Cod. Loyolae IV*, n. 13.

de sus magestades, é del numero de dicha villa, escribano fiel del dicho conçejo y rregimiento, hizo é hordenó las hordenanzas seguietes.

HORDENANÇAS TOCANTES Á LOS POBRES

Porque según la esperiencia nos demuest[r]a resultan muchos ynconuenientes y excessos, por no se dar horden que en cada jurisdicción é parrochia ^s sean sostenidos é alimentados los pobres della conforme á la premática ^h de sus magestades, de lo qual se a dado l'ocasión é materia, que muchas personas, que podrían trabajar é mantener[se] con su trabajo é sudor, andan echos bagamundos é araganes, burlando el nombre de nuestro Señor, é rresultan otros muchos ynconuenientes. Por tanto hordenamos, é statuymos, é mandamos, que los alcaldes, fieles y rregidores desta villa de aquí adelante en cada vn año ayan de elegir é nonbrar dos buenas personas é de conçiencia, el vno clérigo y el otro lego, de la jurisdicción desta villa, los quales ayan de tener é tengan cargo de pedir é cojer limosna los días dominigos é fiestas de guardar para todos los pobres de la jurisdicción. E para ello encargamos sus conçiencias, é hexhortamos á todos nuestros vezinos de la jurisdicción desta villa [ai]jan de acudir á los tales mayordomos de los pobres con tuda [la] limosna que solian antes dar é distribuyr á los pobres [n]aturales y estrangeros, cada vno según su facultad é como quisieren, los quales mayordomos ayan de distribuyr é rrepartir la dicha limosna entre todos los pobres de la jurisdicción, aviendo rrespecto á la neçesidad é calidad de cada persona pobre. E porque el bien é la perpetuidad desto consiste en que los tales mayordomos, que así fueren elegidos, sean personas fiables é de conçiencia, encargamos al dicho rregimiento, que, sin aver rrespecto ni açeçión de personas, mirando á Dios é á sus conçiencias, ayan dē helegir tales personas, quales convenga para ello.

Yten hordenamos é mandamos, que ningunos qüestores ni demandadores de ningunos hospitales, ni casas, ni yglesias,

^s *Id est*, parroquia. —^h *Lege Pragmática*.

desta prouincia ni de fuera della, no sean osados de pedir ni demandar ningunas limosnas ostiatim, de puerta en puerta, ni en otra manera, en la juridición desta villa, so pena que por cada vez que fueren contra lo susodicho ayan destar seys días en la cárcel, é por la segunda se les aya de dar cada çinquenta açotes. E mandamos que ningund vecino no le aya de dar ninguna limosna á los sobredichos so pena de cada dos reales por cada vez que se allare é probare aver dado, aplicados para los dichos pobres é su a[l]tabaque é baçín: é mandamos que esta dicha hordenança no se entienda ni se estienda contra los demandadores é qüestores de nuestra Señora de Ronçesvalles ni de Balbaneda.

Yten hordenamos é mandamos, que ningunos pobres estrangeiros, ni de fuera de la juridición desta villa, no puedan pedir ni demandar limosna ostiatim, de puerta en puerta, en la dicha nuestra juridición, salbo que el tal mendigante é pobre, seyendo tal, que no podría trabajar é ganar de comer con su labor é trabajo, ó peregrino que pasa en rromería, aya de acudir é acuda á los tales mayordomos de los pobres é á qualquier dellos; é, considerando su persona é neçesidad, les ayan de dar algu[na] limosna con que puedan pasar, é sind dethener quando m[ucho] de vna noche en esta villa. E mandamos que ninguno pu[eda dar] limosna á los tales pobres en la dicha nuestra juridición so la dicha [pena] de los dichos dos rreales, aplicados segund de suso, salvo [que] ayan de acudir á los dichos mayordomos para que ellos les prov[ean] considerando su neçesidad. E asimesmo el tal pobre, si [pidiere] la dicha limosna, aya en pena de tres días de cárcel.

Yten hordenamos, que si algunas personas estrangeras, que podrían buenamente trabajar, anduvieren á pedir limosna en nuestra juridición, que ninguno les aya de dar limosna á los tales, so pena de los dichos dos rreales, aplicados para el a[l]tabaque é vaçín de los pobres; antes mandamos, so la dicha pena, sean tenidos de manifestar é traerlos ante la justiçia al tal, que, seyendo sano, anda mendigando: y asimesmo á los dichos qüestores y demandadores de yglesias é ospitales de fuera desta juridición, para que la dicha justiçia, allando ser tal, le aya de conde-

nar en pena de seys días de cárçel por la primera, é por la segunda en pena de çient açotes.

Yten hordenamos é mandamos, que ningunos pobres de nuestra juridiçión ayan de andar pidiendo limosnas en nuestra juridiçión, ni fuera della, so pena que por cada vez que lo hizieren estén tres días en la cárçel, é por la segunda le sea doblado la carçelería; porque, segund está proveydo en las hordenanças de arriba, á los dichos mayordomos está cometido los ayan de sostener é alimentar según la neçesidade de cada vno.

Yten, porque no se dé ocasión que algunas personas, so esperança desta limosna, se ayan de fingir é hazer cavtelosamente pobres, pudiendo sostenerse con el trabajo é sudor de sus manos, hordenamos que el rregimiento que es ó fuere desta villa aya de hazer matrícula de todos los pobres desta juridiçión con verdadera ynformaçión, é los dichos mayordomos sean tenidos de acudir con las dichas limosnas tan solamente á los pobres, que por el dicho regimiento fueren puestos é hesaminados por tales en la dicha matrícula, é no á otros.

[Yten] hordenamos y mandamos, que ningunos administradores [de] los ospitales desta villa no puedan ni ayan de acoger en los dichos — — — ospitales á ningunos demandadores ni quëstoreos estrangeros, ni á ningunos pobres, que, teniendo salud é disposición para trabajar, andan mendigando, so pena que por la primera vez yncurra en pena destar tres días en cárçel, é aya de pagar çient maravedís para el dicho a[.]tabaque de los pobres, é por la segunda le sea tresdoblado la dicha pena.

A todo lo qual fueron presentes por testigos Beltrán de Loyola, é Martín de Arana é Sancho de Oñate, vecinos de la dicha villa, alcaldes é fieles, Pedro de Eizaguirre é los rejidores. E los sobredichos firmaron de sus nombres por sí é por Juan de Ondarra, fiel, é Pedro de Ateaga, diputado, porque dixieron que no sabían escribir. E asímesmo firmaron de sus nombres los dichos Martín García d' Onaz, é el Dr. Alçaga, é bachiller Arrieta, é Pedro de Altuna é otros.

Martín García de Oiñaz, Pedro Ibanes de Yrarraga, Arrieta, el doctor Alçaga, Pedro de Eyçaguirre, Juan Saes Gariyn, Juan

Martines de Lassao, Juan de Huguíbar, Pedro de Altuna, Juan Martines de Enparan, Martín Saes de Goyar.

Dentro en la yglesia parrochial de la villa de Az[peitia á vein-te y] tres días del mes de Mayo, año del naçimiento [de nuestro señor é] salvador Ihu. Xpo. de mill é quinientos é treynta é ç[inco años, en] presençia de mí, Domingo de Aroztegui, escribano público [de sus magestades] é del número de la dicha villa, é testi-gos yuso escriptos, [estando él] presente en missa mayor, é así vien todo el pueblo de la dicha [villa é] su juridición oyendo missa, oy, dicho día, domingo, fué p[ublicado é] leído esta horde-nança de suso por don Andrés de Loyola, r[ector] de la dicha yglesia, dando ha entender é faziéndoles savidores [del] conteni-miento de la dicha hordenança de verbo ad verbum, segund é de l[a] manera que está escripto é asentado, en lengua bascon-guada ha altas voces para que viniese á noticia de todos, é nin-guno podiese pretender ynorancia que lo non supo.

De todo lo qual los dichos alcaldes, fieles y rregidores pidie-ron por testimonio, á lo qual fueron presentes por testigos Bel-trán de Loyola é Pedro Martínez de Vrangá é Juan de Aque-mendi, vecinos de la dicha villa, en fee de lo qual firmé de mi nombre. Domingo de Aroztegui.

13

TITULUS PRO SACRIS ORDINIBUS SUSCIPENDIS

IN FAVOREM IGNATHI ET SOCIORUM EJUS ¹

Vincentius Nigusanus ^a, Dei et apostolicae sedis gratia epi-scopus arbensis. Vniversis et singulis praesentes litteras inspe-cturis notum facimus, quod dilectum nobis in Xpo. Ignatium de Loyola, in artibus liberalibus magistrum, ac jam clericum, dioe-cesis pampilonensis, id humiliter petentem, vigore ac dispensa-tione nonnullarum litterarum sacrae poenitentiariae apostolicae,

^a *Vulgo* Negusanti.

¹ Ex apographo in *Cod. Mechlin. I*, n. 19. Hoc monumentum, vel po-tius haec duo monumenta, nam unum alteri inseritur, ediderunt Patres Bol-landiani in opere toties citato, *Acta Sanctorum*, Commentario praevio, nn. 247-250. Ibi alterum monumentum ab altero separatum est.

quarum quidem litterarum tenor et continentia sequitur, et est talis, videlicet.

«Antonius, miseratione divina sanctorum Quatuor Coronatorum presbyter cardinalis, dilectis in Xpo. Nicolao de Bouadilla, Didaco Laynes, Francisco Xabier, Alfonso Salmeron, Ioanni Coduri, Simoni Roderici et Michaëli Landinar ^b ac Ignatio de Loyola, clericis et scholaribus palentinensis, saguntinensis ^c, pampilonensis, toletanensis, ebredunensis et pampylonensis civitatum et dioeceseon respective, artium et philosophiae magistris, salutem in Domino.

Ut erga sedem apostolicam eo amplius crescant vestrae devotionis affectus, quo eam benigniorem inveneritis, faciendo vobis gratiam specialem: porrectis igitur nobis pro parte vestra supplicationibus, quantum cum Deo possumus, benigne annuentes, auctoritate domini papae, cujus poenitentiariae curam gerimus, et de ejus speciali et expresso mandato, super hoc vivae vocis oraculo nobis facto, ut a quocumque catholico antistite, gratiam et communionem dictae sedis habente, extra romanam curiam in locis ab Urbe per quadraginta milliaria ad minus distantibus, etiam in aliena diocesi residente, clericali characterē ^d, si nondum insigniti estis, insigniri, et ad omnes etiam sacros et presbiteratus ordines ^e; et tu, Alfonse, cum primum vigesimum tertium tuae aetatis annum attigeris, vel ex nunc, si in eo constitutus existas, et ^f ad dictum presbiteratus ordinem, etiam extra tempora a jure statuta, tribus dominicis vel aliis festivis diebus promoveri, et in eis postmodum etiam in altaris ministerio ministrare, vestrorum respective ordinariorum licentia super his minime requisita, libere et licite valeatis, vobis, et vestrum cui libet, et antistiti ordinanti, tenore praesentium licentiam impartimur; ac tecum, Alfonse, super defectu aetatis, quem, ut asseritur, pateris, nunc ^g dispensamus. Non obstantibus defectu aetatis hujusmodi, et lugdunensis, lateranensis et ^h viennensis concii-

^b In ms. scriptum fuit Landina, et postea addita est littera r super ultimam litteram illius vocis. — ^c Seguntin. Boll. — ^d carattere ms. — ^e ordinis ms. — ^f existas, etiam Boll. — ^g Hoc verbum legere non potuerunt in originali «Boll.» — ^h ac Boll.

liorum et aliis apostolicis constitutionibus et ordinationibus, nec non statutis tam provincialibus quam synodalibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum cum ⁱ sigillo officii poenitentiariae, V Kal. Maii, pontificatus D. Pauli PP. III anno III ^j.

A tergo | Gratis attenta eorum doctrina et peregrinatione. A. Card.^{lis} | A. Lomellinus | P. Q. Cordellus ^k.

Die dominica, X.^a mensis Junii, ad quatuor minores ordines, et in die festo SS. Viti ac Modesti, quod erat solemne generale in hac alma Venetiarum civitate, hoc est quinta decima die ejusdem mensis, ad subdiaconatus; decima septima, quae fuit dies dominica, ad diaconatus; vigesima quarta, hoc est in festo Sti. Johannis Baptistae, ad presbiteratus ordines juxta tenorem ^l sanctae romanae ecclesiae rite ac canonice infra missarum solemnia, nobis in pontificalibus celebrantibus in capella nostra in domo solitae habitationis nostrae in civitate Venetiarum, duximus promoveadum ac promovimus idoneum ac sufficientem repertum, ad titulum sufficientis scientiae ac voluntari[a]e paupertatis, sic dispensante Rev.^{mo} D.^{no} D. Hieronymo Verallo ^m, sacri palatii causarum auditore, et in toto Venetiarum dominio, cum potestate cardinalis legati de latere, legato apostolico: in cujus manibus dictus Ignatius de Loyola paupertatem vovit perpetuam solemnitatibus, in similibus observari solitis, debite observatis. In quorum omnium fidem ac testimonium praesentes litteras fieri, ac per notarium infrascriptum, sigillique nostri appensione, muniri fecimus.

Datum Venetiis in capella habitationis nostrae, anno a natiuitate Domini 1537, die vero 27 supra dicti mensis Junii.

Presbyter ⁿ Iacobus de Zambellis Venet. notarius, Rev.^{mi} D.ⁿⁱ legati apostolici, et dicti R.^{di} D.ⁿⁱ episcopi arbensis mandato, subscripsi.

Alia manu. In pergamento script.: folio integro.—In dorso

ⁱ sub *Boll.* — ^j P. de Pamphi gratis. F. Sergardus. Phi. Ferrinus gratis. A. Lomellinus de consensu mandante Reverendissimo. *Addunt «Boll.»* — ^k A. Lomellinus. Cardellas. *Boll.* — ^l juxta morem *Boll.* — ^m Veraldo *ms.* — ⁿ Pbr. *ms.*

legitur: Titulus ordinum B. M. P. N. Ignat. Venetiis collatorum, ad titulum voti perpetuae paupertatis.—Concordat cum originali. Lic.^{ms} Emal. Comes de Ghistelle Not. Apost. Romae 9 Martii 1522.

Initio hujus documenti legitur. Ex originali.

14

FACULTAS IGNATIO CONCESSA PRAEDICANDI
ET EXERCENDI ALIA SACRA MINISTERIA ¹

Hieronymus Verallus, sacri palatii apostolici causarum auditor, sanctissimi Dni. nostri papae notarius, capellanus, et praelatus domesticus, ac in tutto Uenetorum dominio cum potestate cardinalis legati de latere legatus apostolicus, dilecto nobis in Christo Ignatio de Loyola, presbytero panpilonensis diocesis, in artibus magistro, salutem in Domino sempiternam.

Dignum et conueniens arbitramur, ut Xpi. fidelium quorumlibet, illorum presertim, quos sacrarum litterarum peritia decorat, uitaeque ac morum honestas laudabiliter recomendant, quantum nobis ex legationis nostrae, qua meritis licet insufficientibus fungimur, offitio permittitur, deuotis petitionibus annuamus, illosque gratioso fauore prosequamur. Hinc est quod nos, uolentes te ob praeclara uirtutum dona ac sacrarum litterarum peritiam, quibus te nouimus insignitum, beneuolo fauore prosequi, ac sperantes, quod per tuae diligentiae studium te adeo fideliter et sollicite geres, ut ^a Xpi. fideles tuis praedicationibus assistentes, tuis monitis et exemplis in mandatorum Dei obseruantia firmitus ^b corroborabis, apostolica autoritate, qua fungimur, tibi, ut in quibuscumque ecclesiis et locis, monialium dumtaxat exceptis, ad id idoneis, legationis nostrae subditis, ubi beneuolos inuenis receptores, missas et alia diuina offitia celebrare, ecclesiastica sacramenta ministrare, ac euangelicam legem uerbumque Dei Xpi. populo praedicare, sacrasque litteras publice et priuate

^a et *Bollandiani Patres.* — ^b firmus *ms.*

¹ Ex originali, in *Cod. Rom. II*, n. XXXVI, duplici folio, altero puro. Editum fuit hoc monumentum in opere *Acta Sanctorum*, Comment. praeuio, nn. 252-254.

legere et interpretari, necnon omnium et singulorum utriusque sexus Xpi. fidelium, intra limites legationis nostrae huiusmodi degentium, ad te recurrentium confessiones audire, et, illis per te diligenter auditis, ipsos et eorum quemlibet ab omnibus et singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus et delictis quantumcumque grauibus et enormibus, in quibus patriarchae, archiepiscopi, episcopi et alii locorum ordinarii de iure uel consuetudine aut alias absoluere possint, quoties oportunum fuerit, per te ipsum absoluere, et eis pro praemissis penitentiam salutarem iniungere, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum et aliorum ordinariorum locorum licentia per te prius requisita, licet non obtenta, libere et licite ualeas tenore praesentium indulgemus.

Non obstantibus quibuscumque apostolicis, ac in prouincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus uel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Uenetis anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo trigesimo septimo, die quinta Iulii, pontificatus sanctissimi in Xpo. Patris et domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia papae tertii, anno tertio.

Hieronymus Verallus legatus.

L ✠ S

Gratis pro Deo

Xporus. Fournau.

Infra. Visae per me Hieronymum Ziliolum, iuris utriusque doctorem, canonicum vinctinum, et in episcopatu vinctino ^c substitutum, die VI Septembris MDXXXVII^o ^d.

In dorso, manu sancti Ignatii. Licentia de Venetia para Yñigo.

Alia manu. Hieronymi Veralli, legati apud venetos apostolici, litterae, quibus amplissimam dat S. Ignatio facultatem [ad] sacra ministeria exercenda.

Et alia. C. 5. | 6 | A. I.

^c vicarium addunt «Boll.» —^d Post haec addunt «Boll.»: Gratis pro Deo. Christophorus Fournau, quae verba archet. nostrum ponit superius, sed «Boll.» praetermiserunt. Et hic desinit scriptum «Boll.»

15

FACULTAS IGNATIO EJUSQUE SOCIIS CONCESSA
PRAEDICANDI ET EXERCENDI ALIA SACRA MINISTERIA ¹

Vincentius Carafa, tituli sanctae Mariae in Transtiberina presbyter cardinalis, neapolitanus, almae Urbis legatus.

Dilectis in Christo filiis Petro Fabro, Laurentio Garsias, Didaco ^a Lainez, Francisco de Robier ^b, Nicolao de Bobadilla, Simoni Roderici, Ignatio ^c de L[o]iola, Alphonso de Salmeron, Claudio Jayo, Paschasio Broet, Joanni Coduri, presbyteris gebenensis, giennensis, eluensis, seguntinae, pampilonensis, palentinae, vicensis et toletanae dioceseon respective, salutem in Domino sempiternam.

Scientiae donum, deuotionis sinceritas et religionis honestas, quibus uos accepimus insignitos, promerentur ut uos praerogatiuae specialis gratia prosequamur, et condignis annuamus fauoribus.

Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecistis, vos, qui in theologia per multum tempus operam dedistis, cupiatis in officio praedicationis verbi Dei pluribus satisfacere; Nos, volentes vos et vestrum quemlibet, ut offitium praedicationis praedictum ad animarum salutem [et] profectum liberius exercere possitis, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, apostolica auctoritate, qua in hac parte fungimur, vobis et cuilibet vestrum, ut, quoad uixeritis, ubique locorum, et in hac alma Urbe et eius districtu, vbi ad hoc requisiti fueritis, seu alter vestrum fuerit requisitus, aut vbi pro salute animarum Christi fidelium vos proficere posse speraueritis, verbum Dei, cuiusuis licentia super hoc minime requisita, praedicare, ac priuilegiis, gratiis, facultatibus, indultis et concessionibus, quibus praedicatores verbi Dei de iure

^a *Supra verba* Petro, Laurentio, Didaco factum est signum crucis. —

^b *Sic in ms., pro* Xavier. — ^c *Factum est signum crucis super hoc verbum.*

¹ Ex archetypo in *Cod. Rom. II*, n. XLVIII, unico folio. Bollandiani Patres hoc monumentum ediderunt in opere citato *Acta Sanctorum*, Comment. praevio, nn. 295-298.

uel consuetudine seu alias vtuntur, potiuntur et gaudent, ac vti, potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri et gaudere.

Necnon vtriusque sexus Christi fidelium quorumcumque, vobis seu alteri vestrum confiteri volentium, diocesanorum locorum, ac parochialium ecclesiarum quarumcumque rectorum aut quorumcumque aliorum licentia minime requisita, confessiones audire, et, illis dilligenter auditis, illos a quibuscumque peccatis, criminibus et delictis, quibus ordinarii locorum de iure vel consuetudine aut alias quomodolibet absoluere possunt, absoluere, et eis pro commissis penitentiam salutarem iniungere. Ac eisdem Xpi. fidelibus, sine tamen parochialium ecclesiarum rectorum praeiudicio, aut de illorum consensu, eucharistiam ^d et alia ecclesiastica sacramenta ministrare libere et licite valeatis, et quilibet vestrum valeat, tenore praesentium, de speciali gratia facultatem concedimus, et pariter indulgemus; districtius inhibentes eisdem ordinariis ac rectoribus, necnon quibusuis aliis personis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis uel conditionis existentibus, sub excommunicationis late sententiae pena eo ipso, si contra fecerint, absque aliqua declaratione incurrenda, ne vos aut quemlibet vestrum super huiusmodi verbi praedicationibus et aliis praemissis, contra praesentium tenorem per se uel alium seu alios, quouis quaesito colore, impedire, inquietare seu perturbare praesumant.

Non obstantibus praemissis, et quibusuis apostolicis, ac in prouintialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus uel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

In quorum fidem, robur et testimonium praesentes fieri et — — — — s^e manu propria signatas, sigillo nostro ^f muniri fecimus.

Datum Romae in edibus nostris die tertia Maii MDXXXVIII.

^d Eucharistiae Bolland. —^e *Attrita est aliquantulum charta, ita ut tantum appareat littera s, et praeterea lineola, super verbum, quod videtur desiderari, collocata.* «Bolland.» legunt: praesentes fieri litteras, et.

—^f sigilli nostri ms.

V. cardinalis neapolitanus legatus.

Jo. Paulus de Thisis auditor. Visa.

Manet sigillum in cera rubra hispanica.

A tergo. A. c. Transumptate in forma iudi ^s p. introscriptis die 18 Septembris 1539. Jacobus Apocellus est not.¹

16

FACULTAS AD OBEUNDAS MISSIONES,

NOVUMQUE OFFICIUM RECITANDUM

PATRI IGNATIO PRO SOCIETATE JESU DATA ¹

Ihs. M.²

Supplicat humiliter beatissimo Patri Societas Jesu, quatenus sua sanctitas concedere dignetur superiori potestatem expressam alios inferiores mittendi inter Christi fideles, vbicumque ad religionis fructum ampliorem seu maiorem Societatis commoditatem expedire iudicauerit. Ita tamen ut, qui missi fuerint, semper sint parati eo tendere, quo sanctitati suae transmittere ipsos placuerit, iuxta votum eidem sanctitati suae ab initio praestitum.

Item, vt valeat dictus superior noui breuiarii vsum ³ illis impartire atque indulgere, qui postmodum Societatem ingressi fuerint vel, facto castitatis et paupertatis voto, ingredi proposuerint, quando et quatenus ad spiritualem profectum commodius fore cognouerit.

S. D. N. PP., me petente, concessit.

B. cardinalis Guidicionus.

A tergo, Polanci manu. Facultas generali data ad missiones subditorum et ad nouum officium.

Alia manu. Circa annum 1542.

Et alia. 1543 circiter.

Antiqua signatura. D. XX. 2.

^s *Legi non possunt ultimae litterae hujus verbi.*

¹ Ex originali in *cod. Rom. II*, n. XLVII, unico folio, tertia inferiori parte mutilo.

² Videantur *Sancti Ignatii... Epistolae*, I, 395.

17

†
Ihus.

FACULTAS ABSOLUENDI AB HAERESI

ET DISPENSANDI IN IEIUNIIS ¹

A di 6 di ^a Maggio nella vigilia della Ascensione del Signore; 1551, essendo io, mastro Salmerone, sacerdote della Compagnia di Giesù, andato a visitar' nostro SSmo. Padre papa Julio III.^o, et hauendo trouata la comodità (finita la sua cena) di parlare a sua santità, dopo altri ragionamenti m' ingenociai ^b et li dimandai le seguenti gratie. Prima. Che Mtro. Ignatio, o il praeposito pro tempore existente della Compagnia di Giesù, possi per se o per ^c altri sacerdoti della detta Compagnia, che a lui parerano idonei, assoluere de casi apertinenti all' heresia, in foro tantum conscientiae. 2.^a Che possi etiam per se, o per ^d altri della Compagnia, dispensare circa li digiuni et cibi prohibiti con quelli che sono a sua obedientia, quali per indispositione corporale giudicarà non debbino digiunare, nè fare abstinenza. 3.^a Ch' al Rmo. cardinale di Carpi ², protettor' nostro, si dia per aiuto ^e il Rmo. cardinale Verallo ³, per veder' alchune gratie spetiali ^f, delle quali ha bisogno la Compagnia per maggior seruigio de Dio.

Et così queste tre domande sua santità molto gratiosamente le concesse, dando la sua benedittione; per le quali io li basciai humilmente il piede. Et tutto questo fu in presentia del Rmo. in Christo P. frate ⁴ Ambrogio Catharino, vescouo dignissimo de Minori. Et in testimonio della verità di queste cose mette qui la mano.

Ita est. Io frate Ambrogio Catharino confesso esser uero tutto

^a A VI di *alterum apogr.* —^b humilmente mi ingenocchai *alt.* —^c se et per *alt.* —^d per se et *alt.* —^e aggiunto *alt.* —^f spirituale *alt.* —² Francesco *ms.*; fratre *alt.*

¹ Ex apographo in *Cod. Vatic. I.* Titulus praecedens exstat in manu scripto. Aliud exstat exemplum in codice *Decret. et instr.*, fol. 3o.

² Rodulphus Pius Carpensis.

³ Hieronymus Verallus.

quello nella soprascritta ^h memoria si contiene; et per fede della verità l'ho ⁱ sottoscritto propria manu et proprio sigillo sigillato.

Frate Ambrogio Catharino, vescovo di Minori, ut supra.

Alfonso di Salmerone, sacerdote della Compagnia di Gesù.

Alterum exemplum in margine manu P. Polanci. Un viue vocis oráculo del papa Julio III.

18

RELAXATIO OBLIGATIONIS DIVINUM OFFICIUM

RECITANDI IN FAVOREM PP. IGNATII ET DIDACI DE EGUIA ¹

Fidem facio ego Franciscus Vanutius romanus, sanctissimi D. N. Pauli papae tertii eleemosinarius, ac basilice B. Marie in Fonte olei, transtiberine regionis, canonicus, quod accepto per praedictum ^a SS^mum. dominum nostrum ^b papam, quod venerabiles Ignatius de Loyola et Didacus de Eghia, presbyteri hispani ambo diocesis pampilonensis, propter varios pro Xpo. exanclatos labores, Ignatius videlicet corporis et praecipue stomachi, Didacus uero etiam oculorum, adeo graues et assiduos dolores et egritudines incur[r]erunt, ut difficulter et cum magno temporis dispendio horas ^c canonicas e libro legere possint; eisdem Ignatio et Didaco, quod ipsi easdem horas canonicas, ac diuinum officium diurnum pariter et nocturnum, secundum ^d morem et consuetudinem romanae ecclesiae et ^e nouiter introductum, etiam anteponendo et postponendo dicere et recitare ^f, seu illas et illud omnino praetermittere, ac minime dicere et recitare, et loco earumdem horarum ac diuini offitii ^g hujusmodi, nisi eorum corporalis aut spiritualis fragilitas ac debilitas id impediatur, vel sic ^h

^h sopra. ^{ta} ms. — ⁱ verità ho *alt.* — ^a praefatum *alter. origin.*, *Bolland.* — ^b *Desunt praecedentia duo verba in «alter.»* — ^c *Tredecim sequentia verba desiderantur in «alter.»* — ^d secundum *ms.* — ^e etiam *alter.*, *Boll.* — ^f *Sequentia duo verba desunt in «alter.»* — ^g ac diuinorum offitiorum *alter.* — ^h vel sicut *Boll.*

¹ Ex originali in *Cod. Rom. II*, n. LIX. Ibidem et sub eodem numero duo praeterea habentur exemplaria, alterum originale, alterum apographum. Unumquodque originale duobus constat foliis, quorum secundum purum est: apographum vero unicum habet folium. Hoc monumentum habes in *Acta Sanctorum*,... Commentario praevio, nn. 593 et 594.

in Domino salubrius conspexerint expedire, super quo eorum conscientiam oneravit, alias orationes vocales ¹, que e libro repeti non habeant, dicere ac recitare, seu confessiones audire, vel Xpi. fideles exhortari, uel aliqua alia opera sibi et eisdem fidelibus fructuosiora et salubriora facere, absque conscientie scrupulo libere et licite possint et valeant, viue vocis oraculo mihi facto indulsit, sibi que ad id licentiam et facultatem apostolica auctoritate concessit.

In quorum fidem praesentibus de ipsius SSmi. domini nostri ^j mandatō subscripsi, et illas solito ^k sigillo memorate basilice muniri feci.

Datum Rome in domibus meae ^l solitae residentiae, anno a natiuitate domini nostri Ihu. Xpi. M.D.XXXVIII, die vero secunda mensis Ianuarii, pontificatus predicti SSmi. anno quinto ^m.

Et ego Franciscus Vannutius romanus, SSmi. domini nostri Pauli diuina prouidentia pape tertii eleemosinarius, et dicte basilice in Fonte olei canonicus, omnia et singula supra scripta ⁿ attestor et de illis fidem facio.

Ita est. Idem Franciscus Vannutius manu propria subscripsi et sigillauit.

Exstat integrum sigillum.

Manu S. Ignatii in 4.^a pagina. Del officio del rezar °.

Alia manu. Dispensatio circa recitationem officii diuini pro venerabili Ignatio de Loyola et Didaco de Eghia.

Signatura antiqua. VIII. 13.

¹ Deest hoc verbum in «Boll.» —^j PP. addit «alter.» —^k Deest hoc verbum in «alter.» —^l Deest hoc verbum in «Boll.» —^m Quae sequuntur, usque ad verba Idem Franciscus, desiderantur in «Boll.» —ⁿ supra ^{ta} ms.; posset etiam legi: supradicta. —^o Bollandiani Patres dicunt: «In tergo adscriptum esse S. Ignatii manu, licentia de Inigo para el Officio canonico...»

19

COOPTATIO STI. IGNATII IN SODALITATEM
SPIRITUS SANCTI ¹

PAVLVS PAPA III

Ingressus in S. Aposto[li]cam confraternitatem Sancti Spiritus.—Franciscus de Landis de Bononia sacri et apostolici Hospitalis S. Spiritus in Saxia de Vrbe Praeceptor, ac totius ordinis eiusdem generalis Magister, Vniuersis et singulis venerabilibus presbyteris saecularibus, et cuiusuis ordinis regularibus, ad quos praesentes nostrae literae peruenerint, salutem in Domino, et praesentibus fidem indubiam adhibere. Noueritis qualiter deuotus Christifidelis Ignatius de Loiola ispanus Pampilon. dioecesis deuotione motus data pro ingressu in subsidium eiusdem Hospitalis nostri elemosina designata intrauit in sanctissimam et apostolicam Confraternitatem dicti Hospitalis nostri S. Spiritus in Saxia de vrbe, ac pro consequendis perpetuo indulgentiis et gratiis infrascriptis, annualem elemosinam praefato Hospitali singulis annis vita eius comite dare promisit.

Assecutio gratiarum.—Quapropter acquisiuit omnes et singulas gratias, facultates, indulgentias, et participationes per felic. record. Sixtum Papam IIII et alios Romanos Pontifices Confratribus et benefactoribus dicti Hospitalis concessas.

Absolutio ab omnibus casibus; ut hic semel in vita et mortis articulo totiens quotiens.—Et praecipue quilibet Confrater S. Spiritus possit vnum saecularem vel cuiusuis ordinis regularem presbyterum in suum eligere confessorem, qui ipsius Confratris confessione diligenter audita eum semel in vita ab omnibus et singulis criminibus et peccatis, necnon excommunicationis et quibusuis aliis sententiis et censuris ecclesiasticis etiam occasione simoniae super ordinibus vel beneficiis assequendis vbi-

¹ Ex monumento typis excuso, quod exstat in *Cod. Rom. II, n. XVIII*. Ut in scriptis hujus generis accidit, nomen illius, qui in confraternitatem recipitur, dies et mensis quibus recipitur, et quaedam alia ad intelligendum cui vel quibus applicatur, manu exarata sunt. Quae italicis characteribus in initio cujusque paragraphi edimus, ea in exemplari excuso, quo utimur, in margine reperiuntur; cujus exemplaris orthographica signa seruamus.

cunque contractae, ac vsuris, rapinis, incendiis praeter ecclesiarum incendia damnis datis et aliis rebus male acquisitis, si hi quibus restitutio fieri deberet ignorantur vel inueniri non possent, ac de his quae indistincte ad pios vsus relinquantur de redemptionibus votorum (hierosolimitano duntaxat excepto) de iuramentis temere attentatis et diuinorum officiorum omissionibus ac nonnullis aliis casibus componere et in vsus pauperum dicti Hospitalis conuertere et aliis casibus specialiter vel generaliter Romano Pontifici vel sedi apostolicae quouis modo reseruatis, et propter quae ipsa sedes merito esset consulenda (praeterquam haeresis, rebellionis, aut conspirationis in personam vel statum Romani Pontificis vel sedis apostolicae, et offensae personalis in S. R. E. Card., Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, ac presbytericidii, et etiam in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum, etiam exceptorum huiusmodi remissionem impendere possit, ita q. si tunc non obierit quotiens in tali casu constitutus fuerit illam reiterare possit idem vel alius confessor sic electus. In aliis vero casibus totiens quotiens oportunum fuerit confessione eiusdem audita, eundem absolueri valeat, et, paenitentiam illi iniungere salutarem.

Concessio sepultur[a]e tempore interdicti.—Quodque si tempore ecclesiastici interdicti quouis modo etiam a sede apostolica impositi confratres nostros S. Spiritus decedere contigerit, dummodo causam non dederint interdicto, corpora eorum utriusque ^a sexus ecclesiasticae sepulturae tradi debeant absque tamen funeris pompa.

Absolutio plen. singulis annis in crastino Penthecostes.—Et quilibet eorum potest singulis annis in crastino penthecostes idoneum sibi eligere confessorem, qui eius confessione diligenter audita, illum a casibus sedi apostolicae reseruatis praeterquam ^b superius expressis) apostolica autoritate absolueri valeat, et cui libet eorum penitentiam iniungere salutarem.

De concessione allaris portatilis etiam tempore interdicti.—Et insuper altare portatile cum debitis reuerentia et honore su-

^a utriusquae origin. — ^b praeterquam origin.

per quo in locis ad hoc congruentibus et honestis (sine iuris alieni praeiudicio) etiam antequam illucescat dies circa tamen diurnam lucem quotiens qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exigerit missas, et alia diuina officia, etiam in locis ecclesiastico interdicto ordinaria authoritate suppositis, in illis tamen ianuis clausis excommunicatis et interdictis prorsus exclusis, non pulsatis campanis, et submissa voce in sua et familiarum domesticorum suorum vtriusque ^c sexus praesentia, dummodo ille vel illi causam non dederint interdicto, nec id illi vel illis contingat specialiter interdicti celebrare seu celebrari facere libere et licite possint.

De stationibus Vrbis et extra.—Necnon singulis quadragesimalibus et aliis totius anni temporibus, ac diebus in quibus stationes et indulgentiae in basilicis et ecclesiis dictae vrbis, et extra muros celebrari solent, vnam vel duas ecclesias aut vnum vel duo aut tria altaria vnius vel diuersarum ecclesiarum loci in quo eum pro tempore esse contigerit per eum eligendas aut eligenda visitando omnes et singulas indulgentias, ac peccatorum remissiones quas consequerentur si eisdem temporibus, ac diebus Basilicas et ecclesias vrbis et extra muros huiusmodi visitassent et alia ad id requisita fecissent consequi.

De usu ouorum et carniū.—Deinceps quadragesimalibus et aliis temporibus, ac diebus quibus de iure aut consuetudine vel alias casei, ouorum, et aliorum lacticiniorum, esus prohibetur ouis, butyro, caseo, lacte, et aliis lacticiniis libere ac de consensu vtriusque medici, etiam carnibus absque conscientiae scrupulo, vti, et vesci.

Potestas honestis mulieribus intrandi quaecumque monasteria etiam Sancte Clare.—Et uxores dictorum confratrum etiam si viduae remanserint, etiam vna cum vna seu duabus honestis mulieribus quaecumque ^d monasteria monialium cuiusvis ordinis etiam Sanctae Clarae, quater quolibet anno ingredi, et cum eisdem monialibus loqui et conuersari, ac refectionem corporalem sumere dummodo inibi ^e non pernoctent, libere et licite valeant.

^c vtriusquae origin. —^d quaecunquae origin. —^e inhibi origin.

De participantibus in bonis quae fiunt in tota uniuersali ecclesia militante.—Necnon confratres S. Spiritus, qui in gratia et charitate ac vnitate Sanctae Romanae Ecclesiae extiterint, omnium bonorum spiritualium et piorum operum quae per Christi fideles in omnibus religionibus ac vniuersali sacrosancta ecclesia militante participes in perpetuum fiant. Voluit autem S. D. N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VII quod confratres indulto celebrandi, seu celebrari faciendi ante diem huiusmodi parcevtantur, quia cum in altaris ministerio immoletur Dominus noster Iesus Christus Dei filius qui candor est lucis aeternae conuenit, hoc non in noctis tenebris fieri, sed in luce.

Remissio omnium peccatorum.—Praeterea singulis diebus vitae eorum. Et per omnes dies veneris, in singulis primis dominicis mensium totius anni. In singulis festiuitatibus D. N. Iesu Christi, et virginis gloriosae et per eius octauas. In singulis festiuitatibus XII apostolorum. In festo Epiphaniae et singulis diebus per eius octauam. Et in festo Resurrectionis singulis diebus per eius octauam. In die Ascensionis. In die Penthecostes et per octauam singulis diebus plenariam omnium peccatorum remissionem.

Assecutio plurimarum et diuersarum indulgentiarum per totum annum.—In festo corporis Christi et singulis diebus per eius octauam. In die apparitionis Domini nostri Iesu Christi et singulis diebus per eius octauam. In die assumptionis gloriosae Virginis et per eius octauam singulis diebus. In die Natiuitatis virginis et [per] octauam eius singulis diebus. In festo omnium sanctorum vsque ad festum S. Leonardi omnes et singulas indulgentias per Romanos Pontifices eisdem confratribus concessas, de quibus in literis apostolicis desuper confectis latius continetur consequi.

Participatio iubilei et aliarum gratiarum.—Fiunt quoque confratres ipsi capaces, et participes omnium indulgentiarum plenissimi Iubilei quinquagenarii ac stationum et dedicationis S. R. E. et peregrinationis terrae sanctae, tam in vita quam post mortem in eternum, atque ^f omnium vigiliarum, orationum,

^f atque *origin*.

ieiuniorum, missarum, matutinorum, diuinorum officiorum, atque quorumcunque bonorum pietatis operum, quae in eodem Hospitali et toto ordine nostro S. Spiritus quotidie fiunt, dicuntur, et exercentur prout illos et eorum quemlibet autoritate apostolica nobis in hac parte specialiter commissa harum serie participes et consortes in Domino facimus in aeternum.

De detrahentibus preceptori aut subdelegatis.—Inhibet praefatus S. D. N. vt nullus ausu temerario ipsi praeceptori vel delegatis aut subdelegandis ab eo, aut eius Hospitali modo aliquo in praemissis detrahere praesumat. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praesentes manu nostra propria vel substituti nostri et a nobis specialiter deputati subscriptas fideliter imprimi, ac sigilli apostolici hospitalis nostri quo in talibus vtimur iussimus et fecimus munimine communiri.

Datum Romae Die 24 mensis Septembris M.D.XLI. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, et D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papae III. Anno eius VII.

Ita est. Franciscus de Landis Praeceptor S.^{us} Spiritus, manu propria.

L. ✠ S.

A tergo manu S. Ignatii. Indulgencia de sancto Spiritu, pagada por XX años por Araoz y Sancta Cruz | á los 24 de Setiembre de 1541.

Alia manu. R. Receptionis in confraternitatem S.^{us} Spiritus P. Ignatii.

Antiqua signatura. A. I. 9.

20

LICENTIA EXTRAHENDI SANCTORUM RELIQUIAS EX URBIS ECCLESIIS PATRI IGNATIO CONCESSA ¹

Nos Bernardinus, tituli sancti Ciriaci in Thermis presbiter cardinalis de Maffeis nuncupatus, fidem facimus et attestamus, qualiter sanctissimus dominus noster D. Julius, diuina prouidentia papa tertius, uiuae uocis oraculo, nobis supplicantibus, con-

¹ Ex originali, in *Cod. Rom. II*, n. XLV, duplici folio, altero puro.

cessit R. P. D. Ignatio de Loyola, praeposito generali Societatis Jesu, licentiam extrahendi per se ipsum, aut per alium loco sui, quascumque reliquias sanctorum uellet, ex quibusuis Urbis ecclesiis, illasque ^a in Portugalliam, et alia loca sibi beneuisa, transmittendi facultatem elargitus est.

In quorum fidem pr[a]esentes, manu nostra subscriptas, fieri, nostrique soliti sigilli impressione muniri fecimus.

Datum Romae sub anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, die uero XVI mensis Iulii, pontificatus praelibati sanctissimi domini nostri anno secundo.

Ita est. B. cardinalis Mafaeus:

L. ✠ S.

Pro R.^{mo} et Ill.^{mo} D. meo D. A. Car. Far.^s vicecancellario et Comen. Th: Lilius.

A tergo. Licentia concessa a N. P. Ignatio di poter cauar reliquie di Roma etc. 1551, 16 Iulii.

Alia manu. 53. C. 18.

21

dam Historiam; profitetur se scripturum et bona et mala. Unde sequitur ut, mala reticendo, censeatur affirmare nulla fuisse; quia, si fuissent, debuerant dici. Ut, cum quis legitime interrogatur in iudicio, non potest tacere ueritatem; et cum tempus et circumstantiae obligant ad externam professionem fidei, nefas est eam dissimulare. Quod si quis nollet scribere nisi bona, titulum faceret operi suo, non Historia simpliciter, sed Historia selecta. Ex quibus omnibus apparet, cum a nobis scribatur Historia simpliciter, atque adeo Historia religiosa et sacra, multo seuerius ac religiosius leges essentielles seruandas esse, ut seruetur ueritas; quae cum uere dicatur anima Historiae, si ea desit, reticendo quae debent expromi, Historiam perire necesse est. Nam, ut dixi, contra ueritatem est non dicere quae debent dici.

Possent haec explicari fusius, sed solum cogitetur hoc: quanta iniuria fieret toti humano generi, et quanti errores spargerentur, si liceret historico alteram solum partem referre. Nemo enim latronum insignium et haereticorum est, qui non faciat aliqua moraliter bona, et interdum insigniter bona. Si quis igitur profiteretur se scribere vitam hominis talis, et taceret latrocinia, et haereses, et alia scelera, et solum narraret aliqua facta animose et sagaciter, atque etiam pie, ut seruatum honorem uirginibus, obsequium et cultum erga sanctissimam Dei Matrem, etc.; nonne, qui ita scriberet, posset efficere ut a posteris ii latrones haberentur pro uiris optimis et sanctissimis? Similia licet argumentari de toto statu alicuius reipublicae, aut communis coetus, cum magna iniuria aliorum temporum et aliarum rerum publicarum, et magna deceptione lectorum, quae interdum etiam essent perniciose, ut, si propter illam falsam narrationem, aliquid faceret.

Haec ratio sola per se sufficit; sed tamen alia etiam capita indicabo, quae eam confirmant. Quae ut sincerius considerentur, necesse est ea ita spectare, tanquam in alia provincia res euenerint.

In Historia, quamuis narratio aliqua huius generis aliquod habeat incommodum, tamen habere plura commoda, et maiora, certum est.

Primum. Agnoscimus diuinam prouidentiam, quae non solum ab externis tempestatibus, sed etiam ab intestinis, Societatem defendit: ut in secularibus rebus publicis apparet uirtus, non solum in bellis externis, sed etiam in ciuilibus motibus.

2.^o Redduntur omnes magis cauti ad uitandas diaboli insidias; et qui similia iis, quae legunt, committunt, tanquam ipsi notarentur, concutiuntur. Nonnullos etiam metus infamiae coërcet, cum uident aeternae memoriae uulgatum iri, si quid graue turbarint.

3.^o Una cum errore alicuius simul connexa est uirtus aliorum, quae per occasionem illam exercetur: nec debent talia exempla posteris inuideri. Discamus ergo (inquit S. Ambrosius) et sanctorum inuidiam, ut imitemur patientiam ⁴.

4.^o Discimus, ex remediis adhibitis, quae a nobis adhiberi debeant in similibus casibus: et in hoc quidam dixerunt propterea Deum permisisse ut talia euenirent tempore Bti. Patris, ut posteris ille relinqueret exempla prouidentiae et curae in eiusmodi rebus. Quae exempla, quaeso, iuste considerentur qualia sint, et quanti momenti ad remedia humanarum imbecillitatum, quae in dies eueniunt; quam fortia arma superioribus.

5.^o Consolationem habemus intelligentes, si quid tale accidat temporibus nostris, etiam accidisse aliis; nec uetera tempora adeo fuisse meliora ⁵, et creuisse ⁶ Societatem inde usque ab initio inter procellas et externorum et etiam domesticorum; unde spem quoque concipimus, ut Patres nostri per aduersa profecerunt, ita facturum nobis Deum in tentatione prouentum ⁶.

6.^o Magnam omnino ac plane necessariam accipit fidem Historia. Nam uelle persuadere hominibus nulla fuisse in Societate scandala, esset, ut ait P. Natalis, superbia maxima, cum fuerint inter apostolos, inter diaconos, etc.; neque unquam persuaderemus, sed efficeremus nos ipsos ridiculos. Quod si tale quid

² creuuisse *ms.*

⁴ STUS. AMBROSIIUS, *De sancto Joseph patriarcha*, cap. 1.

⁵ Eccle., VII, 11.

⁶ I AD COR., X, 13.

nullo unquam tempore in Historia nostra fuit narrandum, sine dubio incipiendum fuit ab exordio ipso.

7.^o Cum se offert occasio, non parcimus ciuitatibus, quarum mores pessimos describimus; non nationibus, quarum barbariem; non principibus, quorum insectationes, quae aliquid contra nos molitae sunt. Cur ergo parcamus nostris? Cur nostra operiamus, et adhibeamus pondus et pondus, mensuram et mensuram, quae abominatio est apud Deum?

8.^o Omnium plane sacrarum profanarumque historiarum exempla hoc docent. Quid ergo nos singularem uelimus Historiam nostram? Quamquam, ut dixi, non historia esset simpliciter.

9.^o Possent afferri etiam testimonia ex sapientibus: sed unicum satis est Sti. Augustini in Ps. 99, de modo laudandi uel uituperandi coetus religiosos et alios quosuis: quem locum precor R.^{am} V.^{am} ut ostendat Patribus, etc. Incipit sic: Modo autem ne securus laudes quamlibet uitam, etc. Hinc autem falluntur homines, etc. Eodem spectant rationes omnes, quas afferunt sancti Patres quare Deus uoluerit scribi in sacris Historiis tam multa tamque graua scandala, quas R. V. optime scit, et alii facile possunt inuenire.

Quod pertinet ad 3.^m caput, rogo Patres, ut, si quid peccatum in eo est, credant non affectione peccatum aut alia malignitate. Quid enim lucri inde nobis, qui contabescimus et morimur in libris, ut per obedientiam et obsequium, quod toti Societati debemus, inueniamus a Deo ueniam nostrorum peccatorum, et saluemus animas nostras? Si quid igitur in eo desideratur, fuit inscitiae nostrae et exilis prudentiae, quia nihil melius sciuius aut potuimus; et multo libentius procul dubio scripsissemus laeta et fausta omnia. Sumus enim membra eiusdem corporis, et filii eiusdem matris, nec possumus communes dolores non sentire. Sed tamen considerentur diligenter omnia: satis apparebit bona uoluntas nostra. Nam apparebit multa potuisse explicari fusius, quae quasi compendio attinguntur, et solum indicantur; multas potuisse addi interpretationes seueriores, ubi potius prouisum est ut culpa remoueretur a P. Simone, et intersererentur

bona facta et uirtutes aliorum, ut erga prouinciam conseruaretur legentium amor. Et de industria dictum est collapsam fuisse disciplinam, non in tota prouincia, sed solum in uno collegio et inter iuuenes, et causa refertur lenissima; et adduntur encomia collegii conimbricensis; et dicitur statim reffloruisse disciplina; et alia studiose conquisita ad rem omnem quam suauissime con-diendam. Denique usi sumus ea maxima benignitate, quam lex Historiae permisit. Nam quemadmodum in pretiis est summum, medium et infimum, et in poenis seueritas, aequitas, clementia, ita censemus in Historia locum habere seueritatem quandam censurae, et mediocritatem et benignitatem. Hac autem benignitate nos usos esse malo, Patres, ex eo, quod ipsimet fecissent, aestiment, reputantes nobis quoque et conscientiam esse, et amorem Societatis, quam a me rebus ipsis prolatis demonstrari clarius uelint. Fateor enim non libenter me, talia scripto committere, quia scio quam difficile sit, quae scribuntur, prohibere ne uulgentur. Itaque oro atque obsecro R. V. ut Patres illos consolari conetur et expostulationes prohibeat. Si enim pergant, imponent nobis necessitatem consulendi bono nomini Bti. Patris Ignatii et aliorum, quos supra nominaui, et famae P. Orlandini, qui scripsit haec, atque etiam meae, qui recognoui, qui iniuria toleror a Societate in hoc munere, si spoliore fide, tum etiam Patris generalis Claudii Aquaiuiuae, et assistentium, et aliorum, qui probarunt. Denique et defendenda erit autoritas Historiae totius, ne, si partem sinamus pro falsa traduci, tota habeatur pro fabula, et res primorum Patrum tam insignes euilescant. Quare cogitent coram Deo illi Patres, num aequum sit, quo unum hominem defendant, totam prouinciam lusitanam eius temporis, totque alios grauissimos Patres dampnare. Equidem non dubito paulatim ipsos dolorem mitigaturos; et, ut rectissima mente Historia scripta est, ita facturum Deum, ut magna eius gloria inde, et non multis interiectis mensibus, etiam consolatio ipsius prouinciae consequatur.

Haec omnia dicta sunt perinde atque integra essent omnia; cum autem iam vulgata sit tantum Historia, et nouis editionibus sparsa, etiam si liceret salua fide eam narrationem tollere, nonne

materiam sermonum toti terrarum orbi praeberemus? Nec famae P. Simonis timendum est. Nam et de apostolis, quae narrentur, scimus; et de aliis etiam magnis uiris produnt historiae, quas habuerunt in uita quasi uicissitudines. Ac denique in sequentibus voluminibus Historiae nostrae bona de eo et laudabilia exempla narrabuntur, ut dignus tandem appareat dignitate fundatoris prouinciae talis, etc.

Haec mihi, optime Pater, succurrunt ad consolandos eos Patres, quae, rogo, V. R. accipiat ea bona uoluntate, qua protuli; et ignoscat ineptiis et prolixitati meae; et iuuet me orationibus et sacrificiis suis, ut hoc tam graui ac molesto munere ad maximam Dei gloriam et honorem Patrum nostrorum, qui cum Christo regnant, et utilitatem, atque etiam, si fieri potest, ad consolationem omnium posthac fungar.

6 Martii 1616.

R. V. indignus in Christo seruus,

FRANCISCUS SACCHINUS.

Initio epistolae. Epistola P. Sacchini de P. Simone Roderiguez [sic].

78

P. LUDOVICUS CONSALVIUS DE CAMARA

PATRI JACOBO MIRON

ROMA 20 MAJI 1554¹.

Causa P. Simonis Rodericii Romae apud Ignatium acta.—Magna demissi animi significatione sententiam Rodericius audit, eidem obtemperaturus.—Mox superbit et multa contra Ignatium profert, paratus, diplomate pontificio obtento, ab ejus obedientia discedere; sed breui, Deo per Ignatium et Salmeronem opitulante, resipiscit.

¹ Hanc epistolam habes in his *MONUMENTIS, Epistolae Mixtae*, t. IV, pags. 180-191. Praeter manu scriptum ibi citatum, unde epistola excusa deprompta fuit, habetur apographum ejusdem monumenti in fasciculo *Causa P. Simonis Roderiques*, 4 ff., nn. 5-8.

QUAEDAM DE GULIELMO POSTELLO

79

RENOVATIO VOTORUM A POSTELLO FACTA ¹

Ad laudem et gloriam Dei et domini nostri Jesu Christi, ego, Gulielmus Postellus ², summa Dei misericordia a mundi tumultibus ad vitae tranquillioris et spiritualis scopum traductus, hodie denuo, voto jam ante emisso subscribendo, abiuro facultates corporeas seu bona fortunae, corporis omnes voluptatum venerearum illecebras voluntatisque proprietatem; atque ita, omnibus et quibuslibet consiliis ^a euangelicis subscribendo, voueo denuo et solemniter tria vota, paupertatis, castitatis et obedientiae, relicto meo superiori actualis meae paupertatis arbitrio; caeterum in superiorem deligo et delectum cupio, vt illi obedientiam praestem, dominum Ignatium a Loyola, Societatis Jesu nunc praepositum, aut quemuis alium successorem similiter, rogando vt in dictum consortium me velit vel ad ministerium quoduis recipere, summoque pontifici fide[m] pro me jubere, ante repulsam eius ordinis, nunquam in quemuis alium ordinem commigraturus, semel acceptus, nunquam non in omnibus obediturus.

Accipe, piissime Jesu, hanc syngraphem propria manu scriptam, digneris, nosque ita concordēs facias, vt membra capiti et caput membris, per omnia, secundum tui sancti euangelii praescriptum, respondeant.

Romae octauo nonis Iuliis 1544.

POSTELLUS.

Ego denuo confirmo supradicta in templo diui Pauli super altare maius, vbi sanctorum quiescunt corpora. Denuo, vt supra, in templo D. Sebastiani ad Catacumbas. Denuo in maiori

^a conciliis *ms.*

¹ Ex schedula autographa, in *Cod. Rom. I*, n. XXVIII.

² De Gulielmo Postello haud semel in his MONUMENTIS dictum est. Cf. POLANCUS, *Chron.*, I, 148, 149; IV, 235-237; V, 533; *Sancti Ignatii... Epistolae*, I, 344.

altari basilicae Lateranensis, in qua quiescunt Petri et Pauli capita. Denuo in aede, memoriae Sanctae Crucis sacrata, idem ratum super primarium altare volo atque confirmo. Denuo in aede D. Laurentii extra muros ad D. Stephani et Laurentii altare. Itidem confirmaui super altare maius ^b D. Mariae ad Niues. Demum in D. Petri basilica super altare maius, vbi sunt sacra lipsana.

80

SENTENTIA TRIUM PATRUM

DE POSTELLI SPIRITU ET ILLUSIONIBUS ¹

†
Ihs.

Noi trei, qui sotto scritti, congregati insieme, per quanto auemo potuto giudicare tanto delli scriptti comme delle parolle de micer Postello, pensamo che, aduenga che la sua uoluntà sia buona, nondimeno, il suo spirito et prophetie ci pareno illusioni manifeste del demonio, et phantasie puramente humane senza fundamento alguno, et apte a ingannare a molti curiosi, et per fare grande damno et scandalo nella chiesa del signore Dio. Et questo confessiamo con ogni purità et sincerità di cuore, desiderando che lui fossi rimuosso et separato de simil[i] cose, le quali nè a se nè ad altri possono giovare.

Et perchè così giudicamo essere, mettemo qui li nomi nostri hoggi, domenica 5.^a post pascha, decima Maii 1545.

ALPHONSUS SALMERON ^a.

JACOBUS LHOOST.

ELPIDIO UGOLETTO.

A tergo manu S. Ignatii. Postello. d.

Alia manu. 1545, 10 Maii. Attestato di Salmerone ed altri due delle illusioni di Postello.

^b maiori ms. —^a *Ignota manus perperam inter nomen et cognomen addidit: de.*

¹ Ex Cod. Rom. I, n. XXXII, unico folio; integrum monumentum manu P. Salmeronis scriptum est, subscriptiones vero sunt autographae.

81

POSTELLUS SUPERIORI SENTENTIAE ACQUIESCIT ¹

Io, Guillelmo Postello, prometto et voglio star, quanto a le cose passate, delle quale s' è ragionato inante tutta la Compagnia, di rifutar d' aqui inante ogni spirito profetico, et star, quanto al giudicato delle mie openione, nella sententia di quelli ch' anno giudicati di esse, et nel tutto sottomettermi alla santa matre chiesa ^a romana: et quelli libri, i quali io ho scritto di queste cose inanti detta Compagnia, abbrugare, se parerà così al vicario di S. S., nelle mani del quale sono; et d' aqui inante tenir per tentatione simile openioni; et di sforzarme di resistere a quelle quanto io potrò; et d' aqui inante prometto non nè raggiunger nè scriuerne in nessun modo. Dil che fo fede questo primo giorno di Ottobre 1545. In Roma.

GULIELMO POSTELLO.

A tergo manu S. Ignatii. Cedula de Postello.

82

POSTELLI PRAEDICTIO ¹

M. Igna.^o D' aqui a doi anni saremo d' uno medesimo giudicio, o io restarò confuso.

Il dì della Madona in Dezembrio 1545.

Alia manu. Questa è una delle false profetie dal pouero Postello.

83

POSTELLUS INSPIRATIONES SUAS DAMNAT

CEU VERAS DIABOLI TENTATIONES ¹

†

In nomine Jesu.

Ego illas inspirationes, quae mihi jam ab anno vno maxime, et supra, tam in interpretatione scripturae, quam in priuatis re-

^a ghesa ms.

¹ Ex schedula autographa, in *Cod. Rom. I*, n. XXX, prius 171.

¹ Ex schedula autographa, in *Cod. Rom. I*, n. XXIX.

¹ Ex schedula autographa, in *Cod. Rom. I*, n. XXXI.

relationibus, sunt suggestae, credo esse tentationes, et sic volo credi ab illis, qui de me quouis modo audiuerunt; idque propria manu sigillo.

GUL. POSTELLUS.

P. Salmeronis manu. Inveni hanc schedulam heri, id est, 20 die Februarii anno Domini 1546, inter nonnulla scripta eius.

ALPHONSUS SALMERON.

84

TESTIMONIUM DE ORTHODOXIA POSTELLI

AB URBIS VICARIO SUBSCRIPTUM ¹

†

Rde. domine Ignatie. Dandae sunt gratiae Deo omnipotenti, qui, teste Apostolo, non permittit quemquam tentari ultra quam ferre possit ².

Conueni cum domino Postello, ipseque se obstrinxit, quod de omni interpretatione sacrae paginae, quae suo in animo repraesentetur, nihil recipit, neque unquam recepturus est, quod catholicae fidei ac doctrinae sanctae romanae ecclesiae repugnet, aut quouis modo repugnari uideatur; sed illi se in totum submittit, etiam quoad assensum animi, ut in nihilo penitus ab ea declinet.

Praeterea de se ipso nihil cogitare uult, ut ad digniorem conditionem uocatus sit, aut deuenire habeat, paratus id affirmare semper, prout nunc quoque affirmat ex toto animi assensu.

De caetero, si qua opinio erga interpretationem sacrae paginae, quae non aduersetur praedictis, forte ipsum de praesenti pulsatur aut in futurum pulsabit, si ea non placebit R. V. et mihi, conabitur pro uiribus (etiam per continuas preces ad Dominum) eam euellere ab animo suo. Quod si forte interim non erit compositum sui ut assensum praestet, promittit cum nullo uiuente id communicare, neque super eo quicquam scribere, excepto confessore eius, aut si forte a suis superioribus in uirtute obedientiae aliter sibi demandaretur.

¹ Ex autographo, in codice *Epist. episcop.*, unico fol., n. 132, antiquitatis 114, et etiam 116, et 3.

² I AD COR., X, 13.

Quod si iidem superiores jusserint ut ex his opinionibus, quas non possit euellere ab animo, aliquid publice aut priuatim detestetur aut recantet, paratus est facere, agnoscens justius esse ut superiorum suorum opiniones, magis quam suas, collaudet.

Haec satis mihi pro nunc uisa fuere. Unde statuo ne abscedat ex domo uestra, atque illum restituo ad omne altaris mysterium, ut prius; et quanto minus de iis uerba fiunt, laudo.

Pax Domini nostri Iesu Xpri. sit cum spiritu uestro semper. Amen.

PH[ILIPPUS] VICARIUS¹.

Ita volo. G. POSTEL.

DE CENSURIS IN VITAM STI. IGNATII

85

PATER ANTONIUS REMIRUS

PATRI ANTONIO ARAOZIO

NEAPOLI 5 MAJI 1572¹.

Mittitur exemplar vitae Sti. Ignatii a Ribadeneira conscriptae.—Praepositus generalis Societatis Jesu non vult ut hoc opus externis hominibus ostendatur, nisi prius a nostris lectum fuerit, qui illud probent, aut animadvertant quid in eo redundet vel desit.

[†]
Jhs.

Muy Rdo. en Christo Padre.

Gratia et pax Christi, etc.

Los días passados escreui largo á V. R. con un cauallero que de aquí se partió para la corte, amigo nuestro, el qual se llama Francisco de Aro, y assi agora no se me offresce otra cosa sino que, haviéndose aquí acabado de estampar el libro de la uida de nuestro Padre Ignatio y principios de la Compañía, porque V. R. le deue dessear, lo embío por uía del Sr. Hernando de Aualos,

³ Scilicet Philippus Archintus, almae Urbis vicarius.

¹ Ex autographo, in *Cod. Censurae*, fol. 16r.

lugartiniente de la Summaria ^a y gran deuoto de V. R., el qual lo encaminará por la posta á un su amigo. Creo V. R. gustará dél, por tratar de la materia ^b que he dicho. De lo demás no sabré dar nueuas á V. R., porque estoy tan negro de ocupado aquí en Nápoles, que aun no he tenido tiempo para leer dél quatro ó cinco hojillas. Ay un orden de nuestro Padre ^c que, á qualquiera parte que se embiare, se auise que no se muestre ^c á ninguno de fuera de la Compañía hasta que su paternidad dé otro orden: quizá querrá que primero, uisto por toda la Compañía, se auise lo que le falta ó sobra, para que se pueda ^d remediar antes que se publique ^s. Sy por acá se offresciere alguna cosa, en la qual pueda dar algún gusto á V. R., me la podrá mandar tan llanamente como quien manda á un hijo muy obediente, que siempre he sido y seré á V. R., en cuyos sanctos sacrificios y oraciones mucho me encomiendo.

El P. Salmerón y P. Dionisio se encomiendan mucho á V. R.
De Nápoles 5 de Mayo 1572.

De V. R. sieruo indigníssimo en X.º,

ANTONIO REMIRO.

A tergo. Al muy Rdo. en Christo Padre el Padre doctor Antonio de Araoz de la Compañía de Jesús en

Madrid.

Manet sigilli vestigium.

^a Summario *ms.* — ^b ma. *ms.* — ^c mueste *ms.* — ^d puede *ms.*

^a P. Everardus Mercurianus.

^s P. Hieronymus Natalis die 2 Maji 1572 ad Patrem Esquivel haec scribebat: «Hase imprimido en Nápoles la Vida del bendito N. P. Ignacio, y dádose orden que desde ally se embie á todas esas prouincias la parte que á cada vna le cabe de 500 cuerpos que se han impreso para toda la Compañía...»

86

P. PETRI CANISII ANIMADVERSIONES
IN VITAM STL. IGNATII A RIBADENEIRA CONSCRIPTAM ¹

†

NOTAE IN VITAM P. IGNATII *

Pagina 23. B [Fol. 23v; l. I, c. X]. Obscurius dictum uidetur illud: «Eo ^b ipso die, hausto conscendit;»] referendum est enim «hausto» ad nomen pharmaci, quod procul abest.

Pag. 24. B [Fol. 25v; l. I, c. XI]. Fortasse posset adiungi quod ex M. Fabro ^a audisse memini, quomodo Ignatius in sacris Palestinae locis versatus fuerit, magna scilicet ^c cum pietate, multis cum lacrymis, nec sine uehementi et flagranti diuini amoris ardore, cum contemplaretur, uelut ob oculos, illa uitae et passionis Christi mysteria, eoque magis animabatur ad uitam omnem illic transigendam.

Pag. 55. B [Fol. 55v; l. II, c. VII], Vbi fit mentio Veralli ²; dignus is sane mihi uidetur, ut aliquam accipiat commendationem, quod de nostris optime meritis fuerit saepe.

Pag. 56. B [Fol. 56v; l. II, c. VIII]., linea prima: «ad sacra ^d Missae peragenda se compararent.»] Optarim hoc dici luculentius, ut intelligatur agi ^e de primis missae ^f sacris sermonem institui.

Pag. 60. [Fol. 60; l. II, c. XI]. Fit mentio de illustrationibus Ignatii, et quod supra modum Manresiae fuerit illustratus, et similia de illo libro priore dicuntur. Nunquam ego absolute dicere, «Habuit illustrationes»; sed potius, sicut alibi lego, «Accepit insignes et multas de diuinis rebus cognitiones.» Nolle

* Scilicet in editionem primam vitae P. Ignatii, a Ribadeneira scriptae, Neapoli anno 1572 typis excusam. —^b Illo ms. —^c scz. ms. —^d sacra primae ms. —^e Hoc verbum agi, vel duo verba, scil. sermonem institui, quae paulo post sequuntur, redundare videntur. —^f Hoc verbum scripsit Canisius; prius legebatur missis, quod oblitteratum est.

¹ Ex archetypo, in *Cod. Belero*, ff. 51 et 52, prius 16 et 17.

² Bto. Petro Fabro.

³ Hieronymi Veralli, legati Pauli III ad venetos.

enim confirmari illorum calumnias, apud quos male audimus propter illuminationes. Et fortasse profuerit aliquod addi discrimen inter ueras et falsas siue ^a suspectas illuminationes, ad omnem suspicionem et obiectionem ^b illusionum effugiendam.

Pag. 60. [Fol. 60; l. II, c. XI]. Addi posset fortasse ubi et quando primum missae sacrificium peregerit Ignatius.

Pag. 61. [Fol. 61r; l. II, c. XI]. «Ego, inquit, vobis Romae propitius ero.» Hic reddi puto illud dictum: «Io sarò con uoi;» id, quod multo plus in se continet, ut arbitror, quam quod per nomen «propitius» explicatur, licet hoc saepius repetatur. Deinde significant uerba sequentia, quod Ignatius, praeclaro illo uiso animatus, appellari uoluit Societatem Jesv. Fortasse non est opus fateri hanc uel unicam uel praecipuam Ignatio causam fuisse huius nuncupationis. Percuperem de hoc nomine plura dici, ut constet clarius cur de nomine Societatis Jesv appellemur, et ne solum causa referatur ad reuelationem semel factam Ignatio. Multi sane rogant frequenter de hoc nomine, quibus uix satisfiet in hac operis parte ⁱ. Quid si adiungatur, quod jesuitarum nomen, uti plerique putant, numquam nobis arrogauerimus. Lo-uaniis nostris inditum esse puto.

Linea 76. [Fol. 76r; l. II, c. XVII, perperam scriptum VXII]. «et pontificio afflatu spiritum Dei hic esse dixit.» Satis obscure, ut uix ego sententiam assequar.

Pag. 83. B [Fol. 83v; l. III, c. III]. «quasi speculatores Lugduni intercepti». Vsitatus diceretur exploratores.

Linea 84 [Fol. 83v-84r; l. III, c. III]. Plura dici possent de P. Bobadilla, ut sic legeretur: «missus est»]: Ac multis deinde annis apud germanos ita versatus, ut pace belloque labores ingentes nec leuia pericula exantlauit, ac pro catholica quidem religione gnauiter, praesertim in comitiis imperii crebro ^j decertauit. Igitur «ex his, quae diximus, perspicui potest» ^k, etc.

^a *Emendatum a Canisio, prius scriptum fuerat: sibi.* — ^b *Haec duo uerba addidit Canisius.* — ⁱ *Duas sequentes periodos addidit in margine Canisius.* — ^j *Additum a Canisio.* — ^k *Apud Ribadeneiram dicitur tantum: Nicolaus Bobadilla, professione aedita, in Germaniam, Pont. Max. iussu missus est. Et ut ex iis, quae diximus, perspicui potest...*

Pag. 86. [Fol. 86r; l. III, c. V]. tunc inchoatum, postea uero etiam perfectum.] «inchoatum» enim lego pro «informatum» ¹.

Pag. 92. B [Fol. 92v; l. III, c. IX]. «ut singulae in Italia Iudaeorum Synagogae ^m.] Hic mallem legere quam Iudaeorum[sic].

Fol. 97 ⁿ. De Petro Fabro plura dici et addi possent. Mihi quidem haec ueniunt in mentem, ex quibus nonnullae ^o subiici possent post illa uerba, Mirifice sibi obligauit.] Pergratus ille fuit Alberto, cardinali moguntino, apud quem diu haesit, psalmos interim dauidicos ^p in schola theologica Moguntiae interpretatus. Gratus Ottoni, cardinali augustano, episcopo spirensi ⁴ multisque magnatibus. Aliquoties cum Bucero et haereticis aliis congregari non dubitauit, et quam ipse fidem profiteretur, illis etiam potuit comprobare. Pro haeresiarchis, utpote Caluino, Lutheri. Philippo ⁵ et similibus singularem orandi spiritum illi Dominus impartiebat, sicut et pro tota Germania, quam tum restituendam esse sentiebat atque praedicebat, cum quorundam bonorum sanguine primum ^q ira Domini placaretur. Ex germanis primum Societati lucrificavit Moguntiae Petrum Canisium, qui ^r, fama eius excitatus, ad uidendum illum Colonia ultro ^s fuerat profectus. Sed et hospitem suum, apud quem Moguntiae morabatur, carthusianum effecit. Cum Coloniam peruenisset, multas saepe conciones latinas ^t habuit, non solum in monasteriis, sed etiam coram academia, easque mira pietate conditas. Amabat et reuerabatur locum sacrum, qui apud colonienses extat (Auream cameram uocant) in templo sanctae Ursulae, ubi, sicut et Moguntiae, inter sacrificandum, sacris de rebus illustres cognitiones accepit, quas aliquando nostris patefecit. E nostris Canisium et Leonar-

¹ In libro excuso legitur: tum informatum, postea uero etiam perfectum.

—^m In libro excuso: ut singulae Italiae Iudeorum Synagogae. —ⁿ De P. Fabro agit integrum caput XI libri III, foliis 96v-99. —^o Verba ex quibus nonnullae superscripsit Canisius; antea legebatur: quae. —^p Tria sequentia verba addidit Canisius. —^q Additum a Canisio. —^r Tria sequentia verba addidit Can. —^s Additum a Can. —^t Additum a Can.

⁴ Philippo Flersheim.

⁵ Melanchton.

dum Kessel cum paucis aliis, ut illic una morarentur, primus ipse designauit ^u, qui, post Patris huius discessum, uariis ueluti fluctibus ^v et procellis agitati sunt ^x, prius quam fructus, qui postea consecutus est multiplex ^y, appareret. Ac erat Fabro mira quaedam in precando sedulitas, praesertim cum in Germania uersaretur, ubi ^z sollicite commendauit Domino, tum generatim, tum in specie, germanorum incolumitatem. Jam regionis et oppidi, in quo uersaretur, nomine gratias agebat pro acceptis ^a diuinis beneficiis; jam pro peccatis inhabitantium coelestem misericordiam implorabat; jam spiritualem simul et temporalem benedictionem, praesenti clero et populo exoptabat. Infracto semper pectore minas et calumnias quorumlibet obstrepentium excipiebat ^b, cum didicisset gaudere, si pro Jesu nomine contumeliam pateretur. Verum ex his excerptantur, quae magis ad rem facere uidebuntur ^c.

Pag. 72. B [Fol. 72v; l. II, cap. XVI]. Mirum uideri potest, unde Gouianus ¹ ad Ignatium scripserit de iuuandis rebus indicis. Credo eum ^c ex Portugalia scripsisse, non Lutecia; qua de re posset aliquid adiungi ^d ad scrupulum lectori eximendum ^e.

Pag. 137. B [Fol. 137v; l. IV, c. III]. Obscura sunt prorsus illa uerba, «de cuius uoluntate diplomatis», etc., et quae sequuntur.

Pag. 114. B [Fol. 114v; l. III, c. XVIII]. Non satis explica-

^u *Hoc verbum scripsit Canisius, pro author fuit, quod antea legebatur.* — ^v *fructibus ms.* — ^x *Verba agitati sunt scripsit Canisius pro ex-poni coeperunt quod antea legebatur.* — ^y *Hoc verbum addidit Canisius.* — ^z *ubi scripsit Canisius: antea legebatur ac.* — ^a *Hoc verbum addidit Canisius.* — ^b *Novem sequentia verba addidit Canisius.* — ^c *eum scripsit Canisius loco verbi oblitterati, quod videtur fuisse autem.* — ^d *Quatuor sequentia verba addidit Canisius.*

⁶ Cf. *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro*, t. I, passim.

⁷ Jacobus Goueanus.

⁸ Parisiis quidem scripsit Goueanus ad Ignatium, huius socios ad Indiam deposcens; cum autem illi significatum esset, rem esse cum pontifice per Lusitaniae oratorem transigendam, Goueanus Joanni III scripsit, hique suo oratori in Urbe, Petro Mascareniae. Cf. *Sancti Ignatii... Epistolae*, I, 132, 737-743.

tur initium collegii ingolstadiensis ^e, quod post annos tres aut quatuor, petente Alberto ⁹, esse coepit. Missi quidem illuc primum ^f fuere tres e nostris, qui nominantur; sed qui omnes reuocati fuere, ut per illos nullum fuerit initium collegii constitutum. Quare in fine capitis ego sic legerem: Hi ad tempus Ingolstadii partim in schola theologiā sunt publice professi, partim in templo concionati, ut et principis et academiae multorumque animos ad initium collegii constituendum, quod postea sub Alberto principe consecutum est, magnopere sibi deuincirent. Et Claudius ¹⁰ quidem inde Viennam, ut postea dicemus, a rege Ferdinando postulatus, discessit.

Pag. 139. [Fol. 139r; l. IV, c. V]. Plura hic possent adiungi de principio collegii viennensis. Claudius Jaius Viennam uenit ab Ingolstadio reuocatus, et a Ferdinando rege postulatus. Missi praeterea ex Urbe D. Nicolaus Lanoyus, Joannes Victoria pluresque alii; praeterea, ex Ingolstadio uocati, accesserunt D. Petrus Canisius et D. Nicolaus Goudanus, qui simul et in schola theologiā professi, et postea populo Viennae sunt concionati. Magnam huic collegio fundando dederunt operam Vrbanus ¹¹, episcopus labacensis, et D. Jonas ¹² vicecancellarius, ut qui apud regem romanorum tunc ualerent plurimum, et qui de nostris bene mereri studuerunt. Primum collegii habitatio nostris apud dominicanos, postea uero in carmelitarum monasterio contigit, sicut recte docetur eadem pagina. Sed plura dici possent de P. Claudio, quemadmodum obiter subiiciam. Is primum in germanicis comitiis bonam et utilem saepe ecclesiae operam nauauit, et apud magnates quidem ualuit plurimum, multisque annis Otthonem cardinalem et episcopum augustanum est comitatus. Is Wormatiae coram rege romanorum, cum frequens esset conuentus imperii, magna cum laude fuit italice concionatus. Is Ra-

^e *Sequentia decem verba addidit in margine Canisius. —^f Hoc uerbum addidit Can.*

⁹ Alberto V, Bavariae duce.

¹⁰ Claudius Jajus.

¹¹ Urbanus Textor.

¹² Jacobus Jonas, concilii aulici Germaniae vicecancellarius.

tisponae cum archiepiscopo armacano ¹³, caeco, sacras litteras professus est; et hinc ab haereticis iussus ciuitatem exire. Is praeclare se gessit in synodo tridentina, perquam familiaris tum Christophoro ¹⁴, cardinali tridentino, tum aliis multis episcopis atque magnatibus; sicut etiam in Germania, ob raram modestiam et singularem pietatem, magnam sibi gratiam comparauit apud Ferdinandum regem et utrumque Bauariae ducem, Guilielmum et Albertum, [et] Mauritium ¹⁵, episcopum eistetensem. Is denique, tertiana febre correptus, cum de morte imminente suos prae-monuisset, Viennae diem clausit extremum ipso dominicae Transfigurationis die, et ^g magnum certe sui desiderium tum regi, tum bonis omnibus reliquit, quod omnium fere animos sibi conciliatos haberet.

141. B. folio [Fol. 141v; l. IV, c. VI]. «Mortuo tamen Iulio tertio.»] Ambiguus uidetur sensus, cum bellum ad Paulum quartum sit referendum, nec opus sit hic Iulii tertii meminisse, nisi fortassis ad odium Pauli pontificis imminuendum.

Pag. 155. [Fol. 155r; l. IV, c. XI]. «Nam recenti negotio ^b» etc. Clarius hunc sensum exprimi posse puto aliis uerbis.

Pag. 164. B [Fol. 164v; l. IV, c. XV]. Hic optarim adiungi plura de initio collegii pragensis ⁱ, ad quod, cum primum ego necessaria praeparassem, ex Urbe primi missi fuere: rector Ursmarus ¹⁶, D. Henricus Blisseuius et alii, quibus habitatio contigit in monasterio diui Clementis, ultro ^j cedentibus iuri et monasterio suo dominicanis ^k, et in aliud pragense monasterium immigrantibus. Ex quo collegio magnus deinde fructus est consequutus.

Pag. 166 [Fol. 166r; l. IV, c. XVI]. «diligenter, sancteque

^g et scripsit Canisius; prius legebatur qui. — ^b negotio ms. — ⁱ Septem sequentia verba addidit Canisius. — ^j Hoc verbum addidit Canisius — ^k Sequentia sex verba addidit Canisius in margine.

¹³ Roberto Wauchop.

¹⁴ Christophoro Madruccio.

¹⁵ Mauritium von Hutten.

¹⁶ Ursmarus Goissonius, alias Goyssonius.

coluerit.>] Non decet fortasse hoc Ignatio tribui ¹, ne praeter morem modestiae se ipsum commendare uideatur.

Fol. 199. B [Fol. 199v; l. V, c. X]. redundare potest, utilitatem.] Sic ego legerem, et non «utilitas» ^m.

Postremo meliorem distinctionem in toto fere opere desiderarem. Nec attingo minutula ⁿ quaedam, quae fortasse eleganter, sed parum usitate, dicuntur, ut: hilare, pro hilariter; dissipant, pro spargunt; et quae sunt eius generis plura. In quibus mihi nolo sumere iudicium, sed libenter cedo doctiori.

Haec e multis obiter excerpisse sit satis. Quem laborem, ut lector boni consulat, precor. Alii proculdubio alia, et fortasse maiora, in censendo adferent. Opus per se commendari satis non ^o posse uidetur; quod utinam ad hoc usque tempus perducatur ^p, ut sic nostrae Societatis hystoriam integre conscriptam habeamus. Deo sit omnis gloria.

Manu Patris S. Vitores. Estas notas embió el V. P. Canisio al P. Ribadeneyra, y están emendadas en las márgenes de su misma letra del P. Canisio, como consta por una ^a carta, firmada de mano del mismo P. Pedro Canisio, que vi y tube del P. Pedro Vivero, rector del colegio de Madrid. Aplicóse al archivo de Alcalá.

†
† DIEGO LUIS S. VITORES †

87

CENSURA VITAE S. IGNATH

A RIBADENEIRA SCRIPTAE, AUCTORE P. OLIVERIO MANAREO ¹

NOTAE IN LIBROS DE VITA B. P. N. IGNATH

A P. PETRO RIBADENEIRA CONSCRIPTOS

A plerisque, tempore congregationis 3.^{ae}, nominatim a

¹ *Quae sequuntur emendata sunt a Canisio. Prius legebatur:* ut pter. morem modestiae seipsum ita ita [sic] commendet. — ^m *In libro excuso legitur:* propter eam, quae ab illis in multos redundare potest utilitas. — ⁿ minutula ms. — ^o *Hoc verbum addidit Canisius.* — ^p pducatur. ms.; unde legi potest perducatur aut producat. — ^q porna ms.

¹ Ex apographo, in *Cod. Bolland.*, pag. 55. Bollandiani Patres in opere toties citato, *Comment. praevio*, nn. [780]-781, partem hujus monumenti ediderunt.

P. Petro Canisio, notabatur quod nimis multa historiae interserta essent, a vita B. P. N. Ignatii suscepta aliena. Item, non probabatur quod tam multorum collegiorum initia et progressus describerentur. Notabatur denique, quod autor videretur plus aequo indulsisse affectui erga Hispaniarum collegia et personas.

In latina porro editione postrema anni 1587, et in hispanica anni 1595, multo plura sunt adjecta, quae videntur commodius inseri posse, aliqua quidem historiae communi Societatis, alia vero alicui apologiae, vel operi, quo Societatis institutum explicetur.

L. 2, c. 4, dicitur, quod B. P. N. cum sex sociis in monte Martyrum obstrinxerit se votis paupertatis ad condictum diem instituendae, necnon et votis hyerosolymitanae profectionis et obedientiae praestandae sedi apostolicae circa missiones. Atqui Pater Petrus Faber, unus ex septem illis, reliquit scriptum in suo Diario et devotionum libro, quod die Assumptionis beatae Virginis contulerint se septem ad S. Mariam in Campis, sic nuncupatum templum in suburbiis parisiensibus S. Germani et S. Marcelli, et ibidem, post sacram communionem, votum omnes et singulos fecisse peregre proficiscendi Hierosolymam tempore statuendo, et post reditum tradendi se summo pontifici cum voto ei obsequendi in omnibus iis, quae ad missiones pertinent: atque hoc votum duobus annis insequentibus, quibus manserunt Lutetiae, eodem die et loco renovasse magno sensu et spiritali gaudio. Erant autem, ut idem Pater Faber scripsit, Patres Ignatius, Franciscus Xavier, Petrus Faber, Nicolaus Bobadilla, Jacobus Laynez, Alphonsus Salmeron, Simon Rodriguez: reliqui tres nondum nomen dederant Societati. Sed postremo anno, quo videlicet Lutetia discesserunt, huic interfuerunt celebritati Patres Claudius Jayus, Joannes Coduri, Paschasius Broet. Videntur ergo duo vota, hierosolymitanum et obedientiae summo pontifici non fecisse, ubi P. Ribadeneyra existimavit.

Ad vota castitatis et paupertatis suscipiendae die designando, traditione per manus accepta, eos fecisse semper credidimus, dum Parisiis fuimus, in monte Martyrum; et hujus rei causa solebant, qui Societati se addixerant, singulis annis eo concedere,

et confiteri ac communicare, vota sua denique, sed clam, ut tunc usus erat, renovare. Ad Beatam Virginem in Campis solebamus etiam ire, et saepius, in memoriam Patrum nostrorum, et duorum votorum ibi factorum atque aliquoties renovatorum. Est igitur probabile quod non satis de re hac fuerit P. Ribadeneyra edoctus.

C. 18. Quae toto hoc capite asseruntur de divina intentione et consilio, nimis magnam et prolixam habent digressionem, et ea videntur magis pertinere ad historiam communem Societatis, quam ad peculiarem B. P. N. Forte hoc loco convenientius poneretur summarium eorumdem, quod in fine libri 4.¹ attexitur.

Similiter quae c. 18 ejusdem libri ponuntur, magis spectare videntur ad eandem Societatis historiam: neque dubito autorem fuisse ea ad eum usum asservaturum, si conscribendam cogitasset. Adde quod in commemorandis martyribus Societatis non habetur justa ratio temporis, quod ad oculum patet.

C. 6, l. 3. Forte expediret taceri nomen prioratus², quandoquidem haec historia manibus teratur multorum: neque etenim expedit occasionem praebere equitibus teutonicis cogitandi de repetendo suo prioratu. Memini me aliquando audisse minas eo spectantes ab eis profectas, quod, absque consensu sui magni magistri et capituli ordinis, hujusmodi uniones factae fuissent.

Item, paulo post, in hispanico exemplo, nomen fratris domini prioris³ exprimitur; in latino propinqui ejus generatim ponuntur. Meo judicio utrumque melius esset taceri, sive familiae sive fratris, nomen, ubi adversarii censentur; nam videtur alioqui nota perpetua inuri nobili et primariae familiae. Caetera possunt retineri.

C. 11, l. 3. P. Petrus Canisius in hispanico alemannus dicitur; sed ipse belga erat, ex Gueldria, civitate neomagensi. Iterum c. 19 sic appellatur; sed latina editio germanum ponit, quod ei convenit, quia germanus est inferior.

C. 14 ejusdem libri dicitur, quod Societas debeat semper

² Prioratus Lambertarum, sive Stae. Mariae Magdalenae, ordinis teutonici, de quo agit POLANCUS, *Chron.*, I, 112, 147, 148, 172.

³ Prior SSmae. Trinitatis erat Andreas Lippomanus; frater, de quo hic est sermo, Joannes vocabatur.

occupari in rebus magnis; et hispanicum dicit quod in rebus grandibus. Praestaret, meo iudicio, hoc vocabulum utrumque expungere; nam passim in omni gente et natione insimulamur quod immisceamus nos rebus grandibus, ad principes nimirum et status pertinentibus. Ne ergo demus vellicandi nos occasionem.

C. 21 libri ejusdem continet bullam Julii III cum sua explicatione. Hanc putarim potius reponendam in historia generali Societatis, vel in aliquo opere, quo res Societatis explicentur. Habuit tamen hic labor boni Patris Ribadeneyra magnam his praeteritis annis utilitatem: sed magis oblectaret et afficeret simplex et brevis de vita et actionibus B. P. N. narratio.

Idem iudicium faciendum puto de constitutione gregoriana [in cap. XXIII] et de toto c. 24 lib. ejusdem.

C. 3, l. 4. Martinus Olaveus dicitur in hispanico superior, in latino praefectus collegii; quae qualitas videtur ad rectorem referri. Ipse autem erat superintendens, et P. Quintinus Charlart, tornacensis, rector tum collegii romani, cui ego eram minister.

Ibidem dicitur quod collegium romanum, crescente numero studiosorum Societatis, transierit ad alias aedes laxiores. Atqui in eisdem omnino aedibus sub Patre doctore Olaveo auctum est usque ad numerum centesimum; auctum est autem anno 1554: aedes vero erant, quae adhuc sunt e regione domus Mutiorum sive de Muti. Hinc collegium transiit, beneficio Pii IV et D. Victoriae Tolfae, ad locum, quem modo collegiales nostri incolunt.

Ad cap. idem notandum, P. N. generalem Aquaviva, ut animi grati significationem daret, detulisse nomen et praerogativam fundatoris pontifici optimo; qui tamen, ut modestissimus erat, non admisit, nisi multis precibus rogatus et inflexus. Idem P. N. curavit ^a nummos seu medalias imponi in fundamentis, quas liber hispanicus dicit pontificem curasse.

C. 7 lib. ejusdem, quae de P. Xaverio ^b dicuntur, resec[ar]ji possent ad ipsius historiam, retento hic brevi summario.

^a curavi *ms.* — ^b Xaverii *ms.*

C. 11 dicitur episcopus claromontanus * fundasse duo collegia; fundavit autem tria: parisiense, billiomense, mauriacense; et sic quidem duo in sua dioecesi.

C. 14. Tota historia caesaraugustana magis congrueret historiae Societatis, paucis hic retentis.

C. 15. ejusdem libri dicitur rex * approbasse Societatem in Belgio. Convenientius forte diceretur admisisse a sancta sede approbatam, cum suis facultatibus et privilegiis. Quo autem modo admiserit, puncta, quae pro historia misi et missurus sum. docebunt; nam valde insufficienter, non quidem Patris Ribadeneirae vitio, sed temporum malignitate, [explicatum est.]

C. 16 ejusdem. Nisi ego fallor, melius esset tacere illud, quod non dederit filiis suis in vitae extremo benedictionem, nec fecerit ullam ad eos exhortationem; nam licet id jure optimo tribuatur humilitati, nullo tamen id docetur argumento. Satis esse dictum videtur ad ipsius sanctimoniam comprobendam, quod vitam sanctam egerit, mortem praeviderit ac praedixerit, quod a sanctissimo benedictionem peti curaverit, quod munitus sacramentis decesserit, et quod sancte et integro judicio diem clauserit.

Similiter quod c. 18 dicitur de imagine. Praestat, meo judicio, de imaginis ipsius veritate, seu quae sit magis propria, judicium Societati relinquere; nam P. N. generalis, audito multorum seniorum judicio, convenientius statuet, quam pictor ille * regis. licet celeberrimus. Adde quod sic dicere non est Societati beati Patris imaginem perpetuam dare, sed animos suspendere.

Haec habui, charissime frater, quae, ut tibi obsequer, collegi ex vita conscripta a P. Ribadeneira, digna meo judicio consideratione. Rogo ut nihil horum alteri communices, antequam P. N. voluntatem cognoveris, vel P. Georgius, assistens, ejus nomine aliquid statuerit. Ora, quaeso, pro me.

Bruxellis 24 Februarii 1600.

OLIVERIUS MANAREUS.

* Gulielmus de Prato.

* Philippus II.

* Alphonsus Sanchez Coello, pictor Philippi II.

Alia manu. Videtur hoc scriptum missum ad Nicolaum Lancicium; nam immediate adjunctum est responsioni ad Lancicium missae, quam hic dedi fol. 5.

Inscriptio. In collegio Societatis Jesu Lovanii servatur, in cubiculo R. P. rectoris, autographum R. P. Oliverii Manarei, quod sequitur.

88

CENSURA IGNATIANAE VITAE PATRIS RIBADENEIRAE

AUCTORE P. ARAOZIO ¹

LO QUE FALTA EN ESTE LIBRO DE LA VIDA DE N. P.

DE SANTA MEMORIA ².

Hijo del señor de Oñaz, la más antigua casa de España ³ y sola de su nombre; y está diuidida España en vandos de Oñaz y Gamboa ó se reduzen á ellos [*sic*].

Echos militares de sus pasados están scriptos muy hazarñosos.

De tantos mill açotes por algunas ojas que se quemaron de las horas en que rezaba.

Compró en Lérida el saco y la alpargata.

La mula duró muchos años en Montserrat.—Lo de M.^{ro} ^a.

Lo del ^b de ^c.

Lo de Ysabel Roser en el sermón, y el vndirse aquel nauío.

Lo que aseguró á Araoz el pasage á España, estando la armada del turco en Tolón.

Lo de los lagartos en los Pirineos, rezando á vna cruz.

^a *Sequitur verbum quod legere non valuimus.* —^b *Sequitur verbum, quod videtur dicere archiepiscopo, vel forte arrobamiento.* —^c *Exstat verbum quod non valuimus intelligere; videtur legi posse: borja.*

¹ Ex adversariis originalibus P. Araozii, in *Cod. Censurae*, ff. 16 et 17.

² Quaedam, quae in prima ignatianae vitae editione deesse hic ab Araozio dicuntur, ea in sequentibus editionibus ipse Ribadeneira addidit, non quidem omnia, sed quae probata illi fuerunt. Non enim singula, quae Araozius affert, admitti recte posse videntur.

³ Sic perspicue hoc loco, et statim in eadem periodo. Forsan legendum sit in utroque loco «Guipúzcoa».

Estando enfermo se leuantaba á oración, y dezía con gemidos á menudo: o Señor! quán çiego está el mundo!

D[oña] Y[sabel] de Josa, que con cuchara de plata no podían abrirle los dientes para écharle alguna sustancia.

Huyó de Montserrat y de Manresa, porque le miraban como á santo.

Que la naue de los peregrinos en Venecia se partió y voluió, y el duque le entregó al patrón para que se le voluiese.

Lo que pasó en Alcalá quando le soltó Figueroa, la noche que llegó la nueva del nascimiento del rei, del que dixo: mal fuego me queme, etc.

Que ablando puro español le entendían algunos extranjeros.

Que lo vino vno á vuscar de lexos á Roma, y la primera casa que entró fué la suya.

No avia que çenar estando yo malo y vino Xauier: era tan noche, y le dixo que mirase á la puerta, y alló tanta cena [?], que ynbiaban: al [?] entrar no lo uió, syno auía hun ^d mendico y no fué conocido: sola aquella vez estuuu allí.

Lo que dezía Ju[an] Bel. [?]

Los echos que hizo antes.

Quando se desafiaba componía * ante nuestra Señora.

Músico [?] ni en viernes ni sábado tanió.

El parlamento que hizo al capitán general, y cómo voluió á encerrarse en el castillo, persuadiéndole el capitán general que no lo hiziese.

Lo que me dixo el obispo de Sigüença, don Francisco Manrique.

Cómo se detuvo en París asta que se acavásen de artar de reir dél los dançantes, y lo que respondió á quien le reprehendió de averse detenydo viendo que le burlaban.

Que de Londres, sin entrar en casa, sabiendo por vna carta que le dieron en la calle, se vino á París, y amanesció en la puerta de la inquisición.

Que hizo temblar con el aposento á vn tentado, dándole re-

^d *Valde difficilis est lectio octo superiorum verborum.* — * *Sequitur verbum quod non legimus.*

prehensión. Era seglar y de mal viuir, que algún tiempo trató de virtud. Tal Castro se llamaba.

De manera que la persona dió «corona» á Azpeitia, por ser natural de allí; y el libro les pone «coroça.»

Iten. Qué dixieran los de Asís, si en vida de los que oyeron á S. Francisco dixieran ^f dellos tal cosa?

Iten. No [habiendo] estado en Roma ny en la Compañiya ninguno de los que le oyeron predicar en Azpeitia para poder dezir tal; luego se ha de presumir que lo dixo él mismo, quod ^g absit; porque, siendo verdad, no lo dixiera: cuánto más no lo siendo.

En el capítulo 5.º del libro segundo ay mucho que emendar, espeçialmente [cinco] cosas: La primera, la causa de la venida de nuestro Padre á España. La segunda, el salir á rescibir los clérigos, que ambas derogan en uera manera á la sanctidad de aquel varón, pues no auía de venir por el dolor destómago á su natural, i aviendo tantos años que le tenía, tenyéndole casi por incurable, como fué, pues le tuuo toda la vida. Y aviendo tantos años que salió de su tierra, poco prouecho podía sperarse en el prouecho de los ayres. Ny por el exemplo de los suçesores era cosa muy combenyente ponerla por scripto quando fuera verdad, cuánto más no lo siendo; lo qual también desdize mucho de lo que con tanta razón se encaresçe en el libro; del ánimo valeroso y paçiente con que solía sufrir las enfermedades. Asimismo paresçe indeçente dezir que los clérigos le salieron á rescibir, pues eso argüie alguna preuención de su parte.

La 3.^a, la causa de venir por negoçio de sus compañeros, los quales, siendo studiantes y, si no era el P. Xabier, los demás muy pobres, no podían tener negoçios condignos de tal solici-tador.

La 4.^a, lo que dize, que corrigió en aquella tierra muchos errores, que argüie errores acerca de la fee, o supersticiones ^h, lo que no ay en ella; mejor dixiera que compuso vandos y pasiones, y corrigió viçios; mas dezir errores puede ofender á los de aquella tierra, pues vasta al día su malicia de que nadie suele ser

^f dixieron *ms.* — ^g cod *ms.* — ^h supresticiones *ms.*

- Guipuzcoa, regio, 67, 83, 566, 584, 586, 588, 725; ejus provinciae corrector, v. Hernandez de Gama.
- Guisanus (de Guise), Carolus, cardinalis lotharingius, 226.
- Gulielmus V, dux Bavariae, 719.
- Gulielmus, S. J., natione gallus, 193, 223, 413, 468.
- Guttanus (de la Goutte), Joannes, S. J., bonae indolis vir, 437.
- Guzmanus (de Guzman), P. Didacus, S. J., 316, 390, 764; Lauretum pro recuperanda Marcelli II valetudine peregrinatur, 300, 314, 505.
- Guzmanus (de Guzman), P. Ludovicus, S. J., 572.
-
- Habert, Ludovicus, script., 331.
- Habitus. Cur ab Ignatio praescriptus non fuit habitus Societatis proprius, 219; qui habitum alterius religionis induerint, cur in Societatem non admittantur, 230.
- Heguibar, v. Eguibar.
- Henao, P. Gabriel de, S. J., script., 99.
- Henricius (Henriquez, Enriques), P. Leo, S. J., 26, 696, 702.
- Henricus, Lusitaniae princeps et cardinalis, Joannis III frater, 328, 702.
- Henricus VIII, rex Angliae, 116.
- Henricus II, rex Galliae, bellum cum Carolo V gerit, 235.
- Henriquez, v. Henricius.
- Hergenröther, Josephus, cardinalis, script., 271.
- Hermes, tornacensis, 335.
- Hernandez, P. Bartholomaeus, S. J., rector collegii salmanticensis, professionem facit, 566.
- Hernandez de Gama, Joannes, provinciae Guipuzcoae corrector, 586; potestatem suam in Joannem Perez de Ubilla ad agendum iudice contra Ignatium transmittit, 580, 582.
- Herodes, rex, 347.
- Hibernia, regio, 124, 148.
- Hieremias, v. Jeremias.
- Hieronymus Justinus, notarius, 655.
- Hieronymus neapolitanus, e Societate ejectus, 318.
- Hieronymus, Stus., doctor maximus, 126, 384, 522.
- Hierosolymae, Hierusalem, v. Jerusalem.
- Hispalis (Sevilla), opp., 43, 764.
- Hispania, regio, 15, 21, 34, 36, 40, 80, 84, 88, 92, 96, 99, 112, 140, 157, 185, 187, 223, 235, 250, 254, 265, 277, 298, 309, 328, 342, 347, 351, 362, 390, 400, 408, 412, 428, 438, 439, 475, 482, 528, 531, 532, 534, 576, 583, 625, 628, 669, 673, 721, 725, 727, 729, 745, 752, 755, 757, 764, 767; regina, v. Joanna de Austria; rex, v. Carolus V; princeps, v. Philippus II.
- Provincia S. J.; ejus assistens, v. Gonzalez, P. Aegidius; visitor, v. Natalis; Ponce.

Historiae leges, 702 et seqq.

Hoces, P. Didacus de, S. J., 117, 118, 126, 144, 145, 150, 324; Societati adhaeret, 92, 114, 141, 142, 350; paulo post Patavii moritur, 95, 350, 351; ejus anima, ad caelum conscendens, ab Ignatio conspici-
tur, 95.

Hoffaeus, P. Paulus, S. J., e collegio germanico in Urbe ad Societatem convolat, 195; Germaniae superioris praepositus provincialis, 195.

Hondarra (aliis Ondarra), v. Martinez de Hondarra.

Honor. Ignatius suorum subditorum honori ac famae prospicit, 430, 431.

Horta, Lucas, 680.

Hubonius, dominus, 655.

Humanitates. In studiis humanioribus solidum ponendum fundamentum, 281, 432, 448, 480.

Humilitas. Humilitatis christianae exempla, 303, 309, 339, 351.

Hutten, Mauritius von, episcopus eystetensis, 719.

Hypocrisis. Romani socii hypocritae dicuntur, 164.

■

Iappy, Ludovicus, S. J., rei domesticae adjutor, 511, 512.

Ibanes de Irarraga, Petrus, 539, 542.

Ibañes de Arrieta, Dominicus, 539, 542.

IGNATIUS DE LOYOLA, Stus., Societatis Jesu fundator, 5, 7-9, 18-30, 34, 129, 152, 192, 286-288, 708, 715, 721.

I. — IGNATHI ITINERA ET MANSIONES. Versatur Arevali, 39; Pampelone, 37-44, 100, 130, 565; Loyolae, 37, 39, 42, 43, 343, 344; discedit, 44. — Petit Ognatum, Navarrete, Aranzazu, 44; Catalauniam, 44, 46, 101,

131, 379; Montem Serratum, 47, 111, 131; discedit, 47, 48. — Versatur Manresae, 48-57, 102-104, 132-134, 569; discedit, 57, 104, 134; Barcinonem divertit, 105, 134, 338.

Iter in Italiam, 57, 66, 338. — Invisit Cajetam, Romam, Claudiam (Chiozza), Venetias, 58-61, 134, 135. — Iter in Palaestinam, 61, 64, 105, 106, 339; per Cyprum transit, 62. — Sacra Palaestinae loca visitat, 62, 65, 106, 107, 135, 136. — Reditus in Italiam, 107, 136; per Cyprum, 65, 339. — Varias Italiae urbes perlustrat, 65-68, 107, 346, 347; Venetias, Genuam, Ferrariam, 65-68. — Barcinone commoratur, 68, 69, 107, 136, 351, 573; Manresam excurrit, 68.

Compluti degit, 69-74, 108, 137; Valisoleti, 74; Salmanticae, 75-80; 109, 110, 137, 138; Parisiis, 80-88, 110-112, 138-140, 326, 351, 362, 363, 385, 402, 523. — In Flandriam venit, 82, 110, 735; in Angliam, 82, 735; Rothomagum, 83, 84, 346; Argentolium (Argenteuil), 83.

Iter in Hispaniam, 88, 89, 112, 140. — Azpeitiae subsistit, 89, 90, 112, 537, 566, 727-730. — Iter in Italiam per Pampelonem, Almazanum, Seguntiam, 90; Toletum, 90, 112, 140; Valentiam, 56, 90; Genuam, 91; Bononiam, 91, 112, 140. — Venetiis versatur, 91-93, 112, 114, 115, 140, 141; Bassani, 94, 125, 149; Vicentiae, 93, 94, 117, 144. — Romam petit, 94, 118, 145; Vicum Storta transit, 95. — Romae domicilium collocat, 95, 96, 119-123, 146; in Montem Casinatem excurrit, 95, 96, 126, 150, 350, 351; Tusculum (Frascati), 96.

II. — IGNATHI ACTA. — *Vitae suae cursum narrat* Consalvio, Natalis et

aliorum precibus victus, 5, 6, 31-34, 56.

Nativitas, 37; patria, 37, 99, 130, 725, 727-730.

Juventus.—Ignatii juvenus in militia et armis transacta, 37, 100, 130; vanae gloriae cupidus, magna cura comam nutrit, 48; corporis robore et aetatis flore gloriatur, 49, 340; in catholici regis Ferdinandi curia versatur, 68; prima stipendia meret Arevali in castris Joannis Velazquez, 340, 744; accusatus, ut clericus vult a iudice ecclesiastico judicari, 585; causa ad iudicem saecularem deferenda, quia Ignatius clericalem tonsuram et habitum non gestat, 581, 586 et seqq.; Pampelone Ignatii factum, fervente juventute, 566; in arce pampelonensi vulneratur, 37, 38, 100, 130.

Conversio. Acta ante initia studia.—Ignatii mira ad Deum conversio, 38, 42, 43, 100, 130, 343, 344; apparitione B. V. Mariae cum puerulo Jesu recreatur, 42; Sti. Petri devotus, carmen in illius laudem scribit, 39; caelesti castitatis dono decoratur, 42; e morbo recreatur, 39; e patria discedit, 44; iter faciens, de perpetua B. V. M. virginitate cum mauro disputat, 45; votum emittit castitatis, 101, 131, 379, animi sordes piaculari confessione eluit, arma sua in sacris B. V. M. aedibus in Monte Serrato noctu excubat, 47; Manresae austeram vitam instituit, 48, 340; multa divinitus cognoscit, 53-55, 337, 338, 340, 341.

Studia.—Barcinone grammaticae studet, 68, 105, 107, 134, 136, 351; privatum examen subit, 69.—Compluti in philosophiam incumbit, 70, 108, 137; Salmanticae, 109,

137.—Parisiis recit humaniores litteras, 81, 110, 138; studiis philosophicis operam navat, 85, 107, 108, 137; qua diligentia, quo fructu secundum Lainium, 108, 110, 137, 139; severum examen artium subit, laurea donandus, 86, 87; theologiae studet, 87.

Daemonis astus repellit, devotione animum a lectionibus avocantis, 351; spiritualibus consolationibus negat aditum dum vacat lectioni, 85; cum Fabro constituit de rebus piis non loqui dum studere opus est, 385, 402; dum in studia incumbit, spiritualia exercitia proximis non vult tradere, 402, 585.

De vitae statu amplectendo anceps est.—Loyolae constituit viros sanctos imitari, praesertim in rebus difficilibus et asperis, 41, 101; et prius Hierosolymam adire, 42; postea in hispalensi carthusia poenitentem vitam agere, 43; domesticum, Burgos euntem, jubet de regulis in carthusia servatis inquirere, 43; timet ne in carthusia satis poenitentem vitam ipsi liceat agere, 43; Hierosolymis consistere decernit, pietati et proximis juvandis deditam vitam acturus, 63; id Deum nolle cognoscens, saepe, quid agere debeat, cogitans, litteris operam dare vult ut facilius proximos adjuvet, 66; Barcinone dubitat num aliquod religiosum institutum post studia peracta amplecti debeat, an non, et quale, 79; Compluti socios sibi aggregat, 70, 71, 74, 75; horum exitus, 84, 85; Salmanticae socios conservare cupit, novis additis, 79, 80; Parisiis alios congregat, 82, 84, 87; quorum primus finis initio non erat ordinem religiosum condere, 114, 142; in

Italiam proficiscuntur, 113, 140; per diversas Italiae urbes, ubi academiae exstant, sparguntur, si forte Deus ad ipsorum «institutum» aliquos velit scholasticos addere, 118, 144.

Ignatius cum sociis novem Societatem Jesu instituit. — Romae constituunt «societatem», cum ipsis non desituram, instituere; et qualem, 121, 146; consentientibus sociis vult omnino Ignatius ut novus ordo «Societas Jesu» vocetur, 378, 527.

Ignatius Manresae in octiduana animi a sensibus alienatione institutum Societatis intelligit, 530; in exercitio de duobus vexillis modellum et formam Societatis detegit, 532; res Societatis ipsi caelitus revelantur, 529, 530, 531; non tantum humana prudentia, sed magisterio divino in ea condenda ducitur, 6; Ignatius, teste Natali, narrando quemadmodum ab initio suae conversionis illum Dominus gubernasset, vere Societatem Jesu fundabat, 33; multa prece et sacrificiis a Deo obtinet ut Societas a summo pontifice approbatur, 35, 122; praedicat incrementa, et futurum Societatis statum eundemque meliorem, 359, 436, 437, 510, 533, 534, 573; timet ne pontifex eligatur, qui Societatis institutum mutare velit, 310.

Constitutiones scribit. — Ignatius cupit scribere Constitutiones, 35; quaedam attingit de ratione, quam in iis scribendis habuit, 97, 98, 529; tunc nullum, praeter missale, librum habebat in cubiculo; quandoque in cujusdam amici orto transcribit quae occurrunt, 572; puncta, de quibus deliberat, in oratione et missae sacrificio Deo

commendat, 98; sensa et divinas illustrationes, tunc ipsi immittas, annotat, 529; a divinis personis et a B. V. Maria, sibi frequenter apparentibus, puncta, de quibus deliberat, approbantur, 529; multa instituit inspirante Deo, 6; substantialia instituti ipsi divinitus revelantur, 528, 531; culpam dixisse dicitur de properata scriptione Constitutionum, 390.

Quaenam Ignatius vult in Societate, et quare. — Cur instituit peregrinationes sociorum, 220; cur novitii ab hominum commercio avocandi, 194, 195; vult ut in studiis socii solidum fundamentum jaciant, 281, 432, 448, 480; triduo nihil manducat, Deum orans ne aliquis e sociis profiteri recuset, 256; cur habenda sit post prandium et coenam relaxatio, 465; etiam diebus, quibus jejunium fit, 421; in Societate summam vigere uniformitatem vult, 482; docet lectionem in secunda mensa habendam esse, et quid praestandum ut habeatur, 253; de admittendis in Societate collegiis Lanii primum verba facit, 220. — Vide infra, *Disciplinae amor*; III. — IGNATIUS VIRTUTES, saepe.

Quaenam in Societate non vult, et quare. — In Societate chorum non vult haberi, etsi ipse musica delectetur, 220, 348, 418; cur non praescripserit habitum certum, Societatis proprium, 219; cur non vult ut, qui alterius religionis habitum induerint, in Societatem admittantur, 230; nec ut theatini aut barnabitae unum corpus cum Societate efficiant, 439, 440; cur statuerit ne rei domesticae addicti fratres litteras discant, 316; quid sentiat de petenda a nostris ostia-

tim eleemosyna, 277, 279, 431, 480; cur suo tempore carceres in Societate instituendos non iudicat, 348, 418, 468; non vult ut novi ritus et consuetudines, se inscio, inducantur, 436, 466, 482, 502, 517, 518; nec ut Societatis domicilia extraneis ad vivendum pateant, 438.

Non vult certis erga fundatores obligationibus Societatem adstringi, quibus stare deinde ipsa nequeat, 289; non probat nostros sese immiscere reipublicae negotiis, sed cupit ut quilibet in illud incumbat, quod ipsi commissum est, 435, 471; non vult ut quisquam e Societate curet aut recuset regiis principibus esse a confessionibus, nec ut in sacramento poenitentiae aliena a confessionibus attingantur, 304; prohibet a nostris suscipi curam monialium, 439; iubetur Turrianus sodalitiis saecularibus non se immiscere, 439, 467; rejicit postulationem P. Natalis, tempus orationi destinatum producere volentis, 250, 251, 431.

Non vult ut in familiari colloquio sibi «Paternitatis» titulus detur, sed «Reverentiae», 333; anno 1561 generalibus Societatis praepositis «Paternitatis» titulus tribui coeptus est, 482; nec sacerdotes e Societate vocari vult «Patres», exceptis superioribus, probat autem quemque vocari suo nomine proprio, consultationem tamen de hoc fieri jubet, 222, 325, 426; ipse honoris titulos omittit in tractandis sodalibus, quo magis eos tractat, 204, 280, 424; qua cura ecclesiasticas dignitates a se et Societate arceat, 372-374, 401.—Vide statim *Disciplinae amor*; et III.—IGNATII VIRTUTES, saepe.

In professione quatuor votorum stabilienda difficultatem habet, 436.

Disciplinae amor et cura.—Ordo domesticus tempore S. Ignatii, 483 490. Ignatius disciplinae custos diligentissimus, 364, 502-506, 517; dolet quod aliquando indiligentia obrepat, 237; zelo disciplinae, magis quam severitate agit, 387; vult ut, qui sub obedientia vivunt, suis moderatoribus se permittant, abjecta omni sollicitudine, 274; tria ab Ignatio commendari solita: mundities, silentium et clausura, 488, 503, 510; item abnegatio, 278, 425, 426; aedificatio, 519; intentio recta in omnibus, 447; orationis studium, et recursus ad Deum, 447, 515; paupertas, 272, 308; regularum observantia, 448. Subditos vult nec otio deditos, nec nimio labore anxios, 437.

In reprehendendis aliis induit personam, quam vult, 274; etiam pro levi culpa poenitentias imponit, 171; homines durae cervicis, si aegrotant, patitur conteri, 36; viris obedientibus morem gerit, superbis et contumacibus multum adversatur, 127, 150, 151, 209; vult ut imperfecti ad illa collegia mittantur, in quibus corporalem necessitatem pati debeant; peregrinum a Societate spiritum damnat in sociis, 365.

Severitas in exigenda regula de socii praesentia cum feminae invitantur, 183; cavet ne in Societate legantur libri auctorum in suspicionem vocatorum, 393; Enchiridium Erasmi ipse non vult legere, 272; nec ut libri inhonesti, etiam expurgati, scholasticorum manu versentur, 440, 752; jubet vestes

coadjutorum fratrum decurtari, 329; ob neglectam modestiam poenitentiam imponit, 221, 505, 506, 576, 577; vel amanter reprehendit, 501, 507; Pontii Cogordani tenacitatem in praebendo victu corrigit, 249; et Otellum ob nimiam in loquendo libertatem, 199; eos, qui septem Urbis stationes obeunt, aliquid ad manducandum secum afferre prohibet, 258, 259, 519, 520, 575; in scribendis epistolis quanta diligentia adhibenda, 437, 466.

Initio facilem, deinde difficilem se praebet in admittendis novitiis 444; ob id velle adhuc vivere, ajebat, ut difficilem in admittendo se praeberet, 397; aptos Societati non reputat eos, qui, sibi tantum boni, illam aut proximos juvare nequeunt, 232.

Consultationem habet de dimittendo Andrea quodam, 215; e Societate ejicit Romae undecim aut duodecim, 458; quam adhibeat rationem in dimittendo e Societate, 185, 458; non vult ut, qui ab ea deficiunt, pecunia aut re temporali adjuventur, 384, 407, 470.—Vide infra, III.—IGNATII VIRTUTES, saepe.

Gubernatio.—De ratione, quam in gubernando tenebat Ignatius, 441 et seqq.; quid praestet ad recte gubernandum, 405 et seqq., 415 et seqq., 441, 514; rebus, potius quam verbis aut affectibus, persuadet, 201; in regendis subditis circumspectio, 202; requirit a theologis qui usus fieri possit de auditis in confessione, 331.

Ubi oportet, animos suis subditis dat, 519; eisque de bene gestis gratulatur, 405; multum subditis fidit, 453; onus supra vires num-

quam imponit, 437, 452; etiam idoneos removet ab ea re, quae nocere eis potest, 448; tuetur Societatis alumnos, a parentibus et cognatis oppugnatos ne Societatem sequantur, 187 192; quomodo virtutes in subditis inserit et provehit, 449 et seqq.; 454 et seqq.; quam teneat in consultando rationem, 237.

Ignatii benignitas erga eos, qui in prima probatione versantur, 497; multa tradit de tironibus gubernandis, 410 et seqq., 444 et seqq.; est rigidus ne cum externis, maxime cum parentibus et amicis, colloquantur, 166.—Vide Novitiatus.

In necessariis tribuendis suavem, in supervacaneis rescindendis severum se praebet, 363; mirifice conjungit severitatem cum suavitate, 416; reprehendit aliquem e nostris, qui amicum ad prandendum invitaverat, se inscio, 427; quid agat cum aliquid petitur, quod concedere nequit, 173.

Uniuscujusque indoli ac naturae cooperatur, 203-205, 424, 470; magnam habet rationem innatae inclinationis eorum, qui ad nutum superioris paratos se exhibent, 478, et propriam abnegationem curant, et Dei voluntati exsequendae invigilant, 425; vult ut quilibet spiritu Dei ducatur, 321; Ignatii dexteritas in cognoscendis uniuscujusque inclinationibus, ingenio et natura, 253, 397.

Universam Societatem per intermedios moderatores ordinate regit, 285, 517; superioribus immediatis potestatem dat agendi prout res ipsa et divina unctio eos doceat, 519; quae subditis displicere possunt, non per se, sed per alios in-

jungit, 453; cautio in sciendo et reprehendendo per alios, 253, 397, 427.

Exercitia spiritualia scribit et aliis tradit. — Ignatius quaedam attingit de ratione, quam habuit in iis scribendis, 97, 98; ipsi sunt a Deo revelata, 526; in Hispania oppugnantur, 308, 435; praefationum, quae libro praepositae, auctor, 511; examinanda tradit Salmanticae, 77-79; a quatuor doctoribus examinantur, 78; ea Parisiis sacrae fidei inquisitor examinat, laudat, eorum exemplum postulat et accipit, 88; a Frusio in latinum sermonem vertuntur, 308; cupit Ignatius, ut, antequam ex hac vita discedat, a sede apostolica confirmetur, 35; ab ea, examinata, approbantur, 511, 512; paucula verba ab Araozio emendantur; id Ignatius non probat, 308, 309.

Ipse ea Manresae peragit, 103, 133; tunc per octo dies ejus animus a sensibus alienatur, 530; Exercitiorum regulas ad quotidianam agendi rationem adamussim usurpat, 263.

Directorium scribit ad ea aliis tradenda: quibus, quo modo tradenda, 277, 306; quam accurate eo tempore fiebant, 303, 304; sacris commentationibus plures exercet Barcinone, 104, 134, 145; Compluti in carcere, 72; Parisiis, 82; per exercitia Fabrum et Lainium divino servitio addicit, 85, 87, 220, 303; tradit ea Venetiis, 92; in Monte Casinate, 95; Romae, 96, 119; cum in studia incumbit, ea proximis tradere non vult, 385, 402.

Placentiae a Fabro et Lainio traduntur, 121, 147; ea facit Magius, 288; et abbas Martinengus; quo modo, 291, 302; exigit a suis

Ignatius ut singulis hebdomadis scribant numerum eorum, qui exercitia spiritualia peregerunt, 441; quinam in arte ea tradendi polleant dexteritate, 263.

Persecutiones sustinet et probationes. — Processus fit contra Ignatium Azpeitia, 580-597; Compluti accusatur, in carcerem conjicitur, examinatur, absolvitur, 71-74, 108, 137, 598-623; Salmanticae examinatur, vinculis adstringitur, innocens declaratur, 75-79, 109, 137; Parisiis in collegio Stae. Barbarae ei virgae parantur, 383, 384; sponte se sistit coram inquisitore, 85; a quo testimonium de vita et moribus ipsius poscit, et ut edatur efficit, 88; Venetiis calumniae, contra Ignatium sparsae, examinantur, et publico instrumento ipse innocens declaratur, 92, 624-627; Romae saeva tempestate exagitur, 96, 123, 148; Ignatii et sociorum innocentia a iudice declaratur, 627-629.

Qua consolatione et gaudio carceres et vincula sustinet, 78, 79, 109, 110, 138, 401; ut malevolorum et invidorum calumnias contra Societatem praecaveat, ipse iis, in quorum familiaritatem se dat, persecutiones, quas passus fuerat, aperit: ut summo pontifici, Joanni III, et Margaritae austriacae, 123, 375, 401, 420; ante initam Societatem patronum numquam sibi assumpsit; postquam vero socios habet, si quando calumniae in eos dicuntur, vult ut res iudicio clarescat, 374.

A Deo probatur aegritudine, 55, 56, 62, 69, 340, 471, 472; peste, 86; Pampelone vulneratur, 38, 100; Parisiis in patriam redit valetudinis recuperandae gratia, 88, 89,

112, 140; ait se morbis fuisse obnoxium, ut aliorum vicem dolere disceret, 368.

Compluti irridetur, 69; et Manresae, 570; Romae et alibi, 319; Genuam tendens, ceu speculator habetur, 67, 347; non oppugnatur dum sibi uni vacat, oppugnatur autem cum alios ad virtutem allicit, 385, 402.

Varie exercetur a daemone anxietatibus, tentationibus, 49, 102; timore inconstantiae in divino servitio, 49, 102, 132; desperatione, 51; scrupulis, 50, 349; vana gloria, 31, 55, 58; fallaci devotione, animum a lectionibus avocante, 351; ab ipso paene suffocatur, 402. —Vide infra, III. —IGNATII VIRTUTES, *Mortificatio; Patientia.*

Scripta. Carmen in S. Petri laudem dicitur scripsisse, 39; Christi et sanctorum facta et virtutes annotat, 43; refert in ephemeridem interna mentis sensa, quae, dum constitutiones condit, experitur, 97. —Vide supra, *Exercitia; Constitutiones.*

III. —IGNATII VIRTUTES. — *Abnegatio.* Ignatius suorum affectuum plane dominus, 165, 367, 368; ita ut medici, de ipsius temperamento judicantes, fallerentur, 376, 377; semper sibi constans et uniformis, homines insignes Societati attrahit, 165, 377; flammis tradit litterarum fasciculum, e patria sua allatum, quin illum aperiat, 346, 402; maneret tranquillus, etiamsi Societas Jesu exstingeretur, 346; quanti abnegationem faciat, 437; quo sensu eam corporis mortificationi praefert, et orationi, 367, 447, 471.

Aedificatio. Ab Ignatio in se et in aliis curatur, 413 et seqq., 502-

506, 519, 520; cavet ne domesticorum errata aliis sine necessitate patefiant, 477; vel scandali occasio detur, 283, 296, 477.

Aemulatio. Flagrat desiderio imitandi viros sanctos, quorum facta legit, 41-43; ab omnibus fratribus exemplum sumit, 402; placet illi ut inter juvenes nostros aemulatio exstimuletur, 423.

Amor, benignitas; vide statim *Caritas.*

Caritas. Ignatii scopus et finis est caritas, 535. Qui tantum ex signis, ab Ignatio editis, metiretur ejus amorem in aliquem, falleretur, 424; qua observantia verborum alios coleret, 392; in benignitatem, potius quam in severitatem, propendet, 11, 195, 196; amoris ejus signa et effectus, 490 et seqq.; artes, quibus amorem subditorum sibi conciliat, 196, 449, 450; ejus caritas cum prudentia conjuncta, 521.

Ab omnibus mirifice diligitur, 195, 196.

Rothomagum it pedibus, com-militonem adjuvandi causa, qui pecuniam illius consumpserat, 83, 84, 346; aquis immergitur ut aliquem a peccandi consuetudine retrahat, 326; Truchsessium cardinalem animat, 405.

Ignatii caritas in subditos, 449-454, 490-502; in aliquem e primis sociis, 345; Romae tempore famis, 120, 146; aegre fert si necessaria victui suorum non suppedientur, 249, 363, 497; sociorum innocentiam tuetur, 481; auctoritati concionatorum nostrorum prospicit, 436; Ribadeneiram reprehendit, qui putat illum sibi displicere et loqui nolle, 377; liberat scrupulis in persolvendo divino officio P. Cor-

nelium Broghelmannum, 406; poenitentiam relaxat, a iudicibus P. Rodericio impositam, 680; maxime cavet ne cui, etiam puero, praebeatur offensionis causa, 296.

Reprehendit quemdam e Societate, qui prae nimia familiaritate amicum de suo ingenio ac litteris notavit, 280; aliorum facta, quantum fieri potest, in bonam partem interpretatur, aut certe excusat, 197, 198, 389; cavet ne domesticorum errata aliis sine necessitate patefiant, 477; aures murmurantibus non praebet, 389; aut aliorum vitia narrantibus, 321; si quid mali de aliis defertur, exigit ut in scriptis tradatur, 321, 322; nemini detrahare visus est, 197.

Caritas, sollicitudo et prudentia erga tentatos a daemone, 157, 173, 193, 294, 301, 307, 308, 312, 450, 451, 476; quomodo cum eis agat, 411; peccata anteactae vitae ipsemet aperit, ut pravam pudorem ab aliquo depellat, 193; Theotonium brigantinum solatur, 233; prohibet, se inconsulto, quemquam mendicare, 173.

Caritas et sollicitudo in aegrotos ac debiles; signa huius amoris, 167, 258, 368, 419, 422, 423, 428, 451, 452, 494, 495, 499, 500, 508; infirmorum curam sibi reservat, etiam cum P. Natalem Societatis vicarium constituit, 170, 368, 419, 485; pro aegrotis vult ut, si opus est, lances stanneae vel lodices venundentur, 167, 168, 363, 368, 451; urget fieri valetudinarium romanae domus, idque P. Polanco committit, 233, 267; agit suaviter cum infirmioribus, 203; Ignatii meritis Jajus stomachi doloribus liberatur, 374, 473; item ab imminentibus periculis Xaverius, 374;

Rodericium aegrotantem sanat, 94, 125, 149, 545; impetrat Baroëlo aegrotanti salutem et vitam, 125, 149, 343; Ignatii caritas in Lainium aegrotantem, 345; in Ribadeneiram, 368; in duos Societatis candidatos, 223; vetat tamen medicum agere cum aegrotante de loci mutatione, 223, 369, 426, 427.

Cur providerit ut nostrates villam ad relaxandum animum habeant, 238; jubet examinari eos, qui jejunare aut a carnibus abstinere debeant, 257; reprehendit nostros, qui permiserunt pueris sicutis nimis jejunare, 257; morbis, ait, se fuisse obnoxium, ut aliorum vicem dolere disceret, 368, 418.—Vide supra, II.—IGNATII ACTA. *Gubernatio.*

Providet ne aegrotantibus aut morientibus desit confessarius, 262. Post obitum puellam aegrotantem sanat, 473. Caritas in pauperes, honesto loco natos, 521.—Vide infra, *Zelus.*

Caritas in Deum, vide infra. *Pietas.*

Caritas in inimicos, vide infra. *Pax.*

Castitas. Eximium castitatis donum divinitus accipit, 42, 101, 127, 131, 151; Montem Serratum Loyola petens, votum emittit castitatis, 101, 131, 379; et Parisiis, 111; quam circumspectionem exigit in agendo cum feminis, 95, 183, 364, 460, 464, 465; non vult liberos inhonestos a sociis legi, etiam expurgatos, 440, 752.—Vide infra, *Modestia.*

Constantia. In agendo nullis frangitur difficultatibus, 289, 377, 463; nec in operibus, a se recte inchoatis, perficiendis, 160-162; nunquam rem assumpsit, quam

non confecerit, 471; inconstantiae tentationem superat, 49, 102, 132; unde haec constantia nascebatur, 160, 203, 398.—Vide supra, *Abnegatio*.

Devotio, vide infra, *Pietas*.

Disciplinae amor, vide II.—
IGNATHI ACTA

Discretio spirituum. Diversas spirituum motiones experientia sua discit, 41, 42, 100, 130; dexter est in tractandis animabus, 208, 431, 442; in serenandis conscientiis, 379, 380; obedientia est nota certa ad dignoscendos spiritus, 407; quid sentiat de moniale bononiensi et de Magdalena a Cruce, 342, 407.—Vide supra, *Caritas*; et II.—IGNATHI ACTA, *Gubernatio*.

Fides. Eam magnopere habere exoptat, 57; in rebus divinis cognoscendis mire a Deo Manresae illustratur, 53-55, 103, 104, 132-134; illius erga sacrum fidei tribunal reverentia, 438.—Vide infra, *Pietas*.

Fiducia in Deo, vide infra, *Spes*.

Gratitudo erga benefactores, 181, 435, 468; amicis ostendit quae Deus per Societatis homines facit, 464.—*Gratitudo erga Deum*, vide infra, *Pietas*.

Humilitas. In ea eminet Ignatius, 339, 400, 401, 508; vanae gloriae tentationes quomodo vincit, 31; Azpeitia ad publicum xenodochium divertit, 89; confessorio peccata, non Dei dona, aperit, 237, 367; caritate motus, etiam propria anteactae vitae peccata cuidam tentato aperit, 193; nullum fratrem domi esse dicit, ex quo bonum ipse exemplum non sumat, 402; studium propriae demissionis pro caritate proximorum tempe-

rat, 356; nostrae vocationis est animas per humilitatem juvare, 324.

Munus praepositi generalis Societatis recusat, 378, 379; hoc munere auctus doctrinam christianam docet, 358, 400, 401; etiamsi linguae italicae imperitus, 338; maximam habet curam ut ecclesiasticas dignitates arceat ab hominibus Societatis, 84, 372-374; protestatur, interposita voti religione, nullam se dignitatem extra Societatem accepturum, 372, 401; curat diligentissime ne Jajus ad tergestinam sedem evehatur, 373; aut Borgia fiat cardinalis, 372, 373; aut Lainius, 374; non vult ut Societati officium sacrae inquisitionis lusitanæ deferatur, 320, 324; Theotonium brigantinum hortatur ad humilitatem, nam viros, etiam doctos et illustres, nisi recte procedant, in Societate retinere non vult, 386; honorum et dignitatum ambitio vitanda, 460.

Mansuetudo, vide supra, II.—
IGNATHI ACTA, *Gubernatio*.

Meditatio, vide infra, *Oratio*;
Pietas.

Modestia. Ignatius eam servat, 322, 323, 560; regulas de ea scribit, easque jubet a Lainio explicari, 163, 164, 366, 422; et a Ribadeneira, 366; in triclinio inter prandendum leguntur, 164; dum adhortatio de illis a Lainio fit, lectum corruit, sub quo illa hora convenire solebant socii, 164, 366; severe modestiam exigit, 181, 182, 241, 270, 322, 325, 430; negligentes corripit, 34, 501, 505-508, 576, 577; Ignatii modestia Patres Natalis et Turrianus capiuntur, 165.—Vide supra, II.—IGNATHI ACTA, *Disciplinae amor*.

Mortificatio. Ignatii castigatio corporis, et vitae austeritas, 44-56, 69, 340; ejus mortificatio in mensa, 246, 247, 561; numquam est visus doloris aliquod signum edere, etiamsi vehementer aegrotaret, 471; solet esse in concedendis corporis mortificationibus liberalis, 311, 428; mortificationem quatenus orationi praefert, 367, 471; pati propter Deum, optima ad perfectionem via, 408; mortificatio in mensa et in vestitu quaerenda, 460.—Vide supra, II.—IGNATII ACTA, *Persecutiones*; et infra, *Patientia*.

Novitiorum cura, vide supra, II.—IGNATII ACTA, *Gubernatio*.

Obedientia.—Ignatii amor et reverentia erga sedem apostolicam, 308, 353, 309; et erga ejus vires gerentes, 64, 76, 199; Societatis alium, praeter pontificem, protectorem non vult, 264; gaudet de electo in pontificem Joanne Petro Caraffa, 198, 317; non vult ut de Paulo IV quisquam e nostris male loquatur, 389; difficiles praebet aures privatis revelationibus, ab ecclesia non approbatis, 305, 306; cum aegrotat, medicis est obsequentissimus, 168, 369; etiam inepte praecipientibus, 169, 170.

Obedientiae custos vigilantissimus, 178, 352, 353, 440, 447; vult ut aegroti sese superioribus omnino permittant, et medico obediant, 168, 169, 369; subditos inobedientes castigat, 34, 179; vel jubet e Societate expelli, 440, 457, 458; qui judicii obedientiam non habet, secundum Ignatium uno dumtaxat pede in religione constitit, 282, 433, 471, 520; solet, ut suavius procedatur, subditos ad agendum praecepto non adigere,

282, 419, 432, 433; magni faciebat subordinationem in obedientia, 285, 427, 453, 517, 519. Vide supra, II.—IGNATII ACTA, *Disciplinae amor*; *Gubernatio*.

Oratio.—Orationis studium magni fit ab Ignatio, 250, 251; ejus oratio fervens, 389; etiam in benedictione mensae, 390; Manresae per aliquod tempus septem quotidie horas orationi dabat, 253, 350; pro Julio III aegrotante preces fundit, 301, 302; et pro novi pontificis electione, 307, 310; et pro principibus ecclesiasticis vel saecularibus, 390, 399, 400; quid sentiat de orationis ac mortificationis studio, 250, 278, 431, 432, 447.—Vide infra, *Pietas*.

Patientia.—Ignatii robur et tranquillitas in perferendis corporis doloribus, 38, 39, 471; in eis non abundant divinae consolationes, abundat autem patientia, 127, 151; et robur in rebus adversis, 244; magna patientia sustinet garrientes, 397, 398; et se irridentes, 570, 726; et impertinentes saecularium sermones, 397, 479; ejus celebre dictum de animi pace servanda, etiamsi Societas everteretur, 244.—Vide supra, *Mortificatio*; et II.—IGNATII ACTA, *Persecutiones*.

Paupertas.—Pauperem vitam agit post conversionem, 44-98; in vestitu, 46-48, 66, 67, 71, 74, 75, 102, 131, 489, 559, 598 et seqq., 608, 620; magna rerum penuria et difficultatibus operam dat studiis, 384, 394; paupertatis religiosae est servantissimus, 266, 272, 520; ne paupertas detrimentum pateretur, collegia initio admittere non audebat, 220; ab omni avaritia est alienus, 333; quid sentiat de petenda

ostiatim a nostris eleemosyna, 277; multa prece et lacrimis de paupertate Societatis propria delibet, 98; eamque servari curat, 272, 520.

Pax.—Instar angelorum se gerere vult, tum in adjuvandis aliis, tum in animi pace conservanda, 397, 470; quomodo cum iratis subditis agat, 420, 563; cum aliis religiosis ordinibus disputationes vitat, 434, 466, 469; et virorum principum offensionem, 467; mavult incommoda pati, quam litem vicino intendere, 255, 262, 263, 414; quae pro pace servanda amittuntur, locupletius a Deo dantur, 470; favet Michaëli et Mudarrae, inimicis, 307; ipsi litterae oburgatoriae aut mordaces displicent, 262; quid dixit fecitque occasione decreti parisiensis contra Societatem, 216, 217, 375, 376; litteras emendat contra decretum scriptas, 224.

Diligentem operam dat ut discidium inter Joannem III et Paulum III tollatur, 225; et inter Altieri et Caposachi familias, 565; ad conciliandos dissidentes referre solet quae placare eos possint, ac tacere contraria, 281, 432, 466.

Pietas.—Pietas Ignatii magna, 395; nulli, ait, sanctorum se cessurum, si sanctitas in desideriis tantum sita esset, 385, 399; pietas in Palaestina lustranda, 714; vi lacrimarum abundat, 244, 355; facillime in mediis negotiorum fluctibus se colligit, optatque ut frequenter id a nostris praestetur, 241, 242, 367; a Dei nutu pendet, 349; fere semper est in Deum intentus, 523; etiam in re minima, ut in benedictione mensae, 244; in omnibus Deum praesentem intuetur, 472;

nihil alicujus momenti agit aut decernit, quin prius ad Deum recurrat, 234, 367, 397; in suo castigando corpore animum intendit, non tam ut pro peccatis satisfaciat, quam ut Deo gloriam det, 45; nimiam consolationem in mortis consideratione et desiderio sentit, 56; mira facit ad aliorum in Deum vitandas offensas, 355-357. — Vide infra, *Zelus*.

Magna pietate SS. Trinitatem veneratur, 53; de mysteriis fidei multa divinitus cognoscit, 103, 104, 133.

Dum sacro interest Manresae, Christi passionem legit, 49; quam devote se praeparet ad sacrum faciendum, 249, 250; et sacrum faciat, 472, 511; prae devotionis magnitudine officium divinum commode persolvere nequit, 475; vult sacros ritus et caeremonias pie et accurate servari, 524; in singulis sociis Christum considerat, indeque gaudium percipit, 165; ecclesiastico cantu recreatus ad Deum ascendit, 242; optaret originem trahere a judaeis, ut Christi cognatus secundum carnem ac B. V. Mariae esse posset, 398, 399; vult ut religio a se instituta «Societas Jesu» vocetur, 378, 527.

Suis sumptibus B. V. Mariae imaginem instaurare curat, 44; de nocte vigilat in aede B. V. M. de Aranzazu, 44; arma in templo B. V. M. in Monte Serrato excubat, 47, 102, 131; perpetuam Mariae virginitatem defendit, 45; tenet B. V. Mariam ab originis culpa immunem fuisse, Olavium tamen prohibet de hac veritate theses publice propugnare, 434; parvas horarias B. V. M. preces recitat, 53.

Parisiis ad templum B. V. M. de Campis se confert, 523; vota ad Montem Martyrum nuncupat, 111; peculiari devotione B. V. Mariam colit et per hanc votum castitatis Deo offert, 101, 131, 379; ad hoc servandum illi Deus B. V. Mariam mediatricem offert, 101, 131, 379; pietas erga S. Petrum, 39; sanctos imitari cupit, 41, 45.

Pia librorum lectione pascitur et ad virtutem accenditur, 40-42, 100, 101, 130, 324, 516; pia librorum lectio Societati utilissima, quinimo necessaria, 324, 325; libellum «De imitatione Christi», sibi familiarem, commendat, 200, 263; optat privari gratiarum consolatione cum dilabitur in quotidianas noxas, vel levissimas, 395; daemonis astus repellit, devotione animum ab studiis avocantis, 85, 351; constituit de rebus piis non loqui dum studere opus est, 385, 402; cum aliquid occurrit, ad Dei servitium spectans, socios Roma mittit, quamvis ipse fere solus in Urbe manere debeat, 380; pium simulacrum in vinea ponere vult ad pietatem fovendam, 238; caeli et stellarum contemplatione ad Deum elevatur, 43, 523.

Poenitentia, vide supra, *Mortificatio*.

Proximorum amor, vide infra, *Zelus*.

Prudentia. — Prudentia et consilio valet plurimum, 405 et seqq., 523; in agendo, 162, 163; in loquendo, 341, 461; in gubernando, 405 et seqq.; in sanandis animi morbis, 10; nihil ex impetu aut inconsiderate agit aut loquitur, 296, 397; rationem ducem sequitur eidemque affectum subjicit, 302; cum prudentia caritatem

conjungit, 521; in loquendo simplicem adhibet narrationem, rebus, non verbis, persuadens, 263; in rebus aggrediendis et perficiendis uni Deo inniti videtur, omnem tamen, etiam humanam, industriam adhibet, 267, 429, 430, 466; rerum adjuncta considerat, 11; temporis opportunitatem connectatur, 265, 428, 429; antequam opus quodlibet aggrediatur, considerat utrum ad exitum poterit illud perducere, 159; quamvis bene de omnibus sentiat, caute tamen procedit cum aliquid munus alicui commissurus est, 208, 389.

Ignatii dexteritas in tractandis subditis diversae indolis, 420; diversas ad sanandos animi morbos adhibet medicinas, 10; nunc severitate, nunc suavitate utitur, 385; multa instituit, quae, sinistre accepta, pugnare inter se videntur, 10; ad res, quae prorsus videntur eadem, opposita adhibet remedia, eventus vero optimum fuisse Ignatii consilium demonstrat, 195, 423; ad amorem tamen proclivis est, ideoque ab omnibus diligitur, 195, 196; solet observantius agere cum iis, qui olim honore aliquo aut munere praediti fuerunt, quamvis aliunde haec mundana nihil curet, 280.

Cautus est in laudando, magis autem in vituperando, 388; cum aliquid negat, rationes repraesentat, quibus apparet negandum esse; cum autem concedit, etiam momenta explicat, ob quae negari posset, 173, 423, 430.

Prudentia in aliorum vitiis corrigendis, 164, 422; antequam reprehendat aliquem, colligit se et meditatur quid sit faciendum, 402.

403, 419; factum singulare: puer opportune correptus, 574.

Ignatius quibusdam severus visus est, 10, 11; quosdam, sibi carissimos, duriter tractat, ut Polancum, Natalem, Lainium, 11, 202, 454, 455, 468, 491; et Loartium, 298, 482.

Imprudentiam in loquendo de aliis reprehendit, 274; non placet ei ut quis inter loquendum a re proposita in aliam abrupte excurrat, 254, 397; ratio loquendi decretoria ei omnino displicet, 254. Vide supra, II.—IGNATII ACTA, *Gubernatio*.

Societatis amor et cura, Vide supra, II.—IGNATII ACTA.

Sollicitudo, vide supra, *Amor*.

Spes.—Ignatii fiducia in Deo maxima, non in hominibus, 57, 61, 62, 273, 352, 369 372, 391, 521; 522; cum humana prudentia conjuncta, 466; ejus fiducia in Deo tempore belli Pauli IV, 405; et dum nostri summa rerum inopia laborant, 370; praescit divinam providentiam urgenti nostrorum necessitati laturam opem, 404; jubet signum dari ad prandium etsi nihil cibi domi sit; et, congregatis in triclinio omnibus, adest ad januam qui dapes affert, 390; ob rei familiaris angustias nulli ad Societatem aditum negat, 444; desperationis tentationem superat, 51.

Tironum cura, vide supra, II.—IGNATII ACTA, *Gubernatio*.

Zelus. Litteris dat operam ut facilius proximos adjuvet, 66; varias docet industrias ad adjuvandos proximos, 208, 459, 461; per viam amoris et caritatis trahit animas ad Deum, 535; uniuscujusque naturae sese accommodat, 208;

aliorum facta excusanda sunt, si laudari nequeant, 197, 198; sollicitus est de bono exemplo aliis praestando, 413 et seqq., 502 et seqq.; conversatio cum proximis quomodo religiose habenda, 515-517; cavet ne desint confessarii hebdomada sancta, 311; nec aegrotantibus aut morientibus, 262; exigit a suis ut singulis hebdomadis scribant numerum eorum, qui confessi sunt aut exercitia spiritualia peregerunt, 441; ad studia litterarum promovet aliquos, qui proximis utilem navare possent operam, quamvis Societatem amplexi fuissent, ut ei in officiis domesticis inservirent, 290; ineptos ad Societatem reputat eos, qui illam aut proximos juvare nequeunt, 232; quid sentiat ad reformandam ecclesiam opus esse, 316, 324.

Statuit Hierosolymis consistere, operam proximis daturus, 63; in Italiam revertens, nautarum vitia reprehendit maximo vitae suae periculo, 338, 339; Manresae proximis juvandis navat operam, 52, 54, 56; ad idque asperam vitam moderatur, 54; de rebus piis loquitur, 56, 58, 61, 77, 82; cautio in sermonibus cum proximis habenda, 274, 461; Barcinone fustibus appetitur, cum coenobium virginum meliori frugi restituere satagit, 326; Compluti proximis dat operam, 70, 108, 137; et Salmanticae, 76-78; hinc exit, quia id amplius facere prohibetur, 79; Parisiis, 82, 110, 139; aquis immergitur gelidis ut ab occasione peccandi aliquem retrahat, 326, 362, 363; Azpeitiae apud populares suos uberrimum animorum fructum colligit, 89, 90, 112, 140; ordinationes pro levandis Azpeitiae pauperibus constituit,

539; peccata cujusdam e suis evitat, 566; Vicentiae operatur, 93; Romae conciones habet, 119, 146; creatus praepositus generalis doctrinam christianam docet; et quamvis sermone imperitus, magna pollet vi ad persuadendum, 358, 400, 401; catechumenorum, orphanorum et Stae. Marthae domus instituit, 96, 120, 146, 162, 356, 357; collegii germanici moderandi, provehendi et sustentandi curam suscipit, ut opem Germaniae ferat, 160-162, 257, 258, 405; opera pia, in bonum proximorum instituta, libenter adjuvat, 407, 408, 469; non oppugnatur dum sibi ipsi dat operam; oppugnatur vero cum alios ad virtutem allicit, 402.—*Disciplinae zelus*, vide supra, II.—**IGNATII ACTA, *Disciplinae amor*.**

IV.—IGNATHI DOTES.—*Dotes animi.* Ignatius a Lainio descriptus, 100, 125-127, 130, 149-151; et a Frusio, 256, 394; quantum sibi Deus complaceat in anima Ignatii, 535; quam habeat auctoritatem apud Marcellum Cervinum, 394; et apud primos Societatis alumnos, 5, 11, 154, 157; Faber, teste Lainio, Ignatio in tractandis animabus comparatus, est sicut puer respectu hominis sapientissimi, 380; ut etiam Polancus in rebus tractandis, 253, 397; unde haec auctoritas nascatur, 462; in electione Julii III, pontificis, quinque suffragia ad pontificatum habuisse dicitur Ignatius, 339, 340; non angelum, sed archangelum, habere custodem putarunt aliqui, 339; quae Ignatii eloquentia et scientia, et quantum Deus per illum ageret, secundum Lainium, 394.—Vide supra, II.—**IGNATII ACTA, *Juventus*.**

Ignatii profectus spiritualis, 97, 353, 437; conscientiae puritas, 354; in faciendo examine particulari sedulitas, 164, 523; in sermone perspicuitas, veritas, efficacia, 32, 201, 263; in consuetudine suavitas, 573; in oculis acerrima vis, 323; post conversionem suam nullum peccatum mortale commisit, 97; initio suae conversionis plures accepit a Deo visitationes; sed proficiens in divino obsequio, longe majorem lucem, fortitudinem et constantiam in rebus divinis sentit, 403; plura in se agnoscit a Deo accepta, quam in sanctorum vitis legerit, 398; tria ante obitum consequi a Deo petierat, et obtinet, 35; cupit gratiarum consolatione privari cum labitur in culpam, sed Dei bonitas majora tunc ei praebet solatia, 399; Ignatii merita apud Deum magnum pondus habuerunt ad gratias consequendas, 473; in eo quaedam magis admiranda quam imitanda, 455.

Gratiae gratis datae. Ignatii vultus lumine circumfusus conspicitur, 573; mentis exstasim patitur, 35; saepe Jesum Christum videt, 507; Manresae, 53, 54; in navi, 62; prope Patavium, 60; prope Genuam, 67; in Storta videt Deum Patrem «che lo metteua col suo Figliuolo», 95; audit a Christo crucem ferente: «Ego vobis propitius ero», 378; «Io sarò con voi» 715; multa divinitus accipit, 97, 527, 528.

Ignatii prophetiae sive praedictiones, 509; occulta et absentia praenoscit, 392, 472, 473; animam baccalaurei Hoces in caelum evolantem conspicit, 95, 126, 150, 351; suos consolatur in morte Beati Fabri, praedictione de ingressu

Francisci Borgiae in Societatem, 361, 362; bona praedicat de domo romana, 403, 404; et de tota Societate, 357, 436, 437, 510, 533, 534, 573; et de collegio germanico, 257, 405, 475; obtinet a Deo felicem negotii gestionem de collegio patavino, 360; post obitum designat Societatis praepositum P. Acquavivam, 511. — Vide supra, II. — IGNATII ACTA, *Societatem Jesu instituit*.

Dotes corporis; alia externa.

Imago Ignatii qualis ex Manareo, 512; quomodo depicta fuerit a Sanchez Coello, 758-767.

Rosarium, incessus, corporisque cultus, 559; victus et mensa, ciborum qualitas, 420, 421; prandium quale, ubi, cum quibus, 245, 246, 561; quales ipsi cibi permittendi, quales negandi, 579, 580; ipsius mortificatio in mensa, 247; benedictio et gratiarum actio, 245; bona sui corporis dispositione et temperie juvatur ad agendum cum Deo, 396; pro tuenda Ignatii valetudine quaedam statuuntur, 577-580.

Vestes Ignatii et arma in juventute, 587, 591, 592, 595; vestes in Monte Serrato et Manresae, 46-48, 102, 131; in reditu e hierosolymitana peregrinatione, 65, 67; Compluti, 71, 74, 75, et saepe, 598 et seqq., 608, 621; post conditam Societatem, 489, 559.

V. — FACULTATES ET GRATIAE IGNATIO CONCESSAE. — Romae Ignatio ac sociis fit potestas sacros ordines suscipiendi, 116, 143, 543; Venetiis eos suscipiunt, 93, 117, 144, 545; Venetiis Ignatio fit potestas praedicandi et exercendi alia ministeria, 546; item omnibus sociis Romae, 548, 549; facultas ad

obeundas missiones novumque officium recitandum Ignatio pro Societate conceditur, 550; et absolviendi per se aut per alios ab haeresi et dispensandi in jejuniis, 551; et extrahendi sanctorum reliquias ex ecclesiis Urbis, 558; Ignatius relaxatur ab obligatione divinum officium recitandi, 552; cooptatur in romanam Spiritus sancti sodalitatem, 554.

Ilerda (Lérida), opp., 46, 725.

Illescas, opp., 213.

Imitatio Christi, liber Gersoni attributus, ab Ignatio valde commendatur, 200.

Immaculata B. V. Mariae conceptio. Ignatius tenet Btam. Dei genitricem, Mariam, immunem ab originis culpa semper exstitisse; non tamen de ea re vult cum dominicanis agi, 434; Olavium prohibet quominus de hac veritate thesis publice propugnetur, 434.

Immodestia sociorum, per Urbem incedentium, castigata, 221, 222; et aliorum domi versantium, 181, 182, 505, 506.

India Orientalis, regio, 20, 84, 179, 196, 205, 213, 222, 381, 382, 384, 491, 666-668, 717, 742, 743; causa et occasio missionis indiciae a Societate susceptae, 380-382; per Indiam ne socii sine comite incedant, aut alicubi versentur praecavet Ignatius, 439.

Infirmetas. Deus praebet nonnumquam superioribus attritis vires aut aegram valetudinem ut sciant infirmioribus compati, 418, 419.

Ingolstadium (Ingolstadt), opp., 124, 148, 718.

Inobedientia reprehenditur, 359, 360; ab Ignatio jubetur Kesselius inobedientes socios illico e Societate expelli, 457.

- Inquisitio lusitana, 320, 327; Ignatii observantia erga inquisitionem hispanicam, 469.
- Intentio recta in omnibus, maxime in homine Societatis, requiritur, 447.
- Ira moderata, rationi subjecta, valde utilis ad gubernandum, 514.
- Iragueta, opp., 584.
- Isidorus, complutensis incola, 605, 607; ejus filia, 605, 607.
